

uno volente, & altero nolente, aut nesciente, tradit sequentes segulas. Prima est, quod qui rem alienam quacumque quantitate miscuerit, habens præsumptam, vel expressam voluntatem non acquirendi dominium partis admixtæ, non acquirit dominium totius cumuli; sed pars admixta remanet adhuc sub dominio sui pristini domini; & tunc quia nequeunt discerni, quæ partes sint unius, & quæ alterius, spectat ad Judicem dare singulis ex illo cumulo, quod eis pro rata competit; coligitur ex §. Quod si frumentum, Institut. de rer. divi.

Et ratio est, quia dominium non acquiritur sine voluntate acquirendi, & nunc præsuntur talem admixcentem alienam rem, vel pecuniam cum sua, non habere voluntatem acquirendi ejus dominium, adeoque per meram admixtionem ipse admiscens non acquirit rei admixtæ dominium; aliter sequeretur, quod si aliquis amicus det alicui Religiosus rem, seu pecuniam custodiendam, & ipse Religiosus cum sua conjungat, & misceat, ut utramque simul sub clavi æquali cura custodiat, & peccet contra votum paupertatis, si hanc mixtionem absque licentia sui Prelati faciat, quia per mixtionem acquirit de novo dominium illius novæ pecuniae; quam acquisitionem facere non potest absque licentia Prelati. Hoc autem durum videtur, & contra praxim, ac sensum commune; nemo enim putat se magis indigere licentia ad custodiendam illam pecuniam simul cum sua, quam custodiendam in loco separato, adeoque non perdit antiquus dominus dominium suæ pecuniæ, eo ipso quod ab alio cum sua admisceat, ut recte Lugo loc. cit. num. 162. Nec contradicit lex. Si alieni nummi, quia ut observat Sporer loc. cit. 146. loquitur in casu regulæ immediate.

81 Secunda igitur regula est, quod qui rem alienam, seu pecuniam, seu frumentum, seu aliud quid simile miscuit rei suæ majoris quantitatis, habens expressam, vel implicitam saltem voluntatem acquirendi dominium totius cumuli, re ipsa acquirit dominium totius cumuli, si nimirum partes commixtæ amplius discerni nequeant, prout semper supponitur; Et in hoc sensu intelligenda & accipienda est l. Si alieni nummi, quæ lex dicit quidem per admixtionem cum sua pecunia fieri etiam suam pecuniam alienam, etiam furtivam, quæ ipsi miscenti pro solutione debiti data fuit; at tunc, ut constat, adest pro acquirendo tali domino voluntas, seu intentio ipsius miscentis, quia ea voluntate, seu intentione pecuniam alienam etiam furtivam pro solutione debiti acceptam, commiscet suæ indiscernibiliter, ut sic totum cumulum tamquam suum possideat, quæ voluntate, seu intentione posita dicimus per admixtionem acquiri dominium cujuscumque rei admixtæ. Sic Lugo l. c. n. 167 Sporer loc. cit. num. 247. & alii. Hinc qui pecuniam vel quamvis rem alienam ab ipso furtivam vel ab alio fure mala fide acceptam ita cum propria commiscuit, ut discerni amplius nequeat; acquirit totius cumuli dominium. At remanet cum obligatione resarciendi totum damnatum domino pecuniæ, quia licet res alterius per admixtionem cum sua transierit in dominium admiscens, ita ut non teneatur rem restituere in individuo; teneatur tamen restituere æquivalentem uti quando rem alterius consumpsit. Sic Lugo loc. cit. num. 172.

84 Sporer loc. cit. & alii. Qui vero pecuniam furtivam accepit bona fide in solutionem alicujus debiti v. g. ut pretium pro merce vendita, & sic bona fide cum sua pecunia commiscuit, postea comparente domino pecuniæ ad nihil tenetur; Non enim ratione injuste acceptionis, cum bona fide accepit, neque ratione rei acceptæ, quia res accepta jam per admixtionem moraliter consumpta est, & perinde se habet, ac si expendisset: nec denique tenetur quantum factus est ditior, cum ea occasione nil prorsus acquisierit lucri, sed habeat solum quod sibi aliàs debeatur, & in hoc potissimum casu loquitur dicta lex: Si alieni nummi, ff. de solutionibus. Qui autem pecuniam furtivam bona fide accepit gratis, vel lucrative v. g. ex donatione, legato &c. ita commisceat cum sua, acquirit quidem dominium ipsius, ita ut non teneatur eam restituere in individuo, sed tenetur domino restituere in æquivalentem,

re, quia ex pecuniâ aliena factus est ditior, quoad illud augmentum, adeoque debet ea de causa restituere domino pecuniæ totum illud augmentum pecuniæ quod habet. Sic Lugo loc. cit. num. 170. Sporer l. c. n. 254. & alii passim.

(Quæ prænotata ab Auctore tractantur, in nullo alio nituntur fundamento quam in Reg. 17. tit. 34. p. 7. in qua assertivè proponitur, neminem posse cum alterius factura locupletari; Vid. add. hisp. noviss. verb. Depositorum, pag. 63. vers. Ut præcedentibus: in fin.)

Jure gentium acquiritur rerum dominium etiam per fructuum perceptionem; possessor enim bonæ fidei Jure gentium fructus facit suos, nec eos consumptos tenetur restituere vero domino, si is postmodum comparuerit, & fundum eviceit; Quamvis secus sit de possessore malæ fidei, nam is etiam fructus perceptos cogitur restituere; Sic habetur expresse in §. Si quis à non domino, Institut. de rer. divi. ibi: "Si quis à non domino, quem dominum esse crederet, bona fide fundum emerit, vel ex donatione, aliave qualibet justa causa, æque bona fide accepit, naturali ratione placuit, fructus, quos percepit, ejus esse pro cultura, & cura; Et ideo si postea dominus supervenerit, & fundum vindicet, fructibus ab eo consumptis agere non potest; Et vero, qui alienum fundum sciens possederit, non id concessum est, itaque cum fundo, etiam fructus, qui consumpti sunt, cogitur restituere." (Vid. leg. 39. 40. 41. 42. 43. & 44. practi. tit. 28. part. 3. quæ pene in totum conveniunt. Ad rem multum conducunt leg. 37. tit. 14. part. 5. tit. 14. part. 6.)

Hactenus egimus de rerum dominio, quod acquiritur jure naturali, seu gentium, nunc hic restaret agendum de rerum dominio, quod acquiritur Jure civili, atque canonico, & de rerum dominio, quod acquiritur Jure particulari privati alicujus contractus seu conventionis. At quia rerum dominium quod acquiritur Jure civili, atque canonico contingit potissimum mediante præscriptione, atque usucapione, utpote, quæ ad magis conservandam pacificam hominum conversationem, præcludendasque infinitas lites, per leges tum civiles, tum ecclesiasticas fuit introducta, & constituta; Ideo de hoc modo acquirendi rerum dominium Jure civili, atque canonico, agetur sub dicto verbo Præscriptio, seu Usucapio. Vide ibi. Et quia rerum dominium, quod acquiritur jure particulari privati alicujus contractus, seu conventionis contingit per varios speciales contractus, seu conventiones, uti per emptionem, donationem, & hujusmodi, ideo de hoc modo acquirendi rerum dominium Jure particulari privati alicujus contractus, seu conventionis, agetur sub dictis verbis Emptio, Donatio, & hujusmodi. Vide ibi.

¶ Modi, quibus olim dominium privatum inductum est, & potest etiam induci, in originarios & derivatos non male dividi queunt. Primi sunt occupatio, & accessio. Secundi vero divisio, cæssio, & traditio. At de singulis hisce modis agere non est hujus loci. Adessis Genevens. de Princip. leg. natur. cap. 5. fer. per totum etiam Samuel. Coccei dissert. proam. ad Grot. 12. lib. 4. cap. 3. §. 251. ad plures seq. qui & de modis, quibus dominium amittitur, agit. §.

DONATIO.

ARTICULUS I.

SUMMARIUM.

- 1 Donatio unde dicta, & quomodo definienda est, ad num. 2.
- 3 Donationis quæ divisiones, & quæ, ad num. 9.
- 10 Donationis inter vivos, & mortis causa, definitio clarior utque accuratior: ad num. 11.

12 Donatio causa mortis quot, & quibus modis, & quo tempore fieri possit, ad num. 13.

14 Quot, & quibus de causis eadem expirat, ad num. 13.

19 In quibus potissimum differat à donatione inter vivos, ad num. 31.

22 Quæ requirantur ad utriusque donationis valorem, ad num. 25.

26 Donatio facta ecclesie utrum obliget, quamvis non acceptata.

27 Quæ donationes non insinuatæ apud Judicem irritentur, quæ vero non, ad num. 37.

38 An possit donatio legis præscriptum excedens tuta conscientia retineri.

39 Donatio verbalis utrum, & quando obliget donatorem, contra quem an detur actio, & qualis, ad num. 43.

44 Additiones ex aliena manu inseruntur.

1 DONATIO ex etymologia nominis; teste Jurisconsulto in leg. Senatus 35. §. 1. ff. de mortis causa donationibus, dicitur à dono, quasi doni donatio. Donatio bene describitur à Scotto in 4. dist. 1. quest. 2. §. Secundo potest, dicens: Donatio est datio mere liberalis; seu, ut alii loquuntur, donatio est translatio domini alicujus rei per actum mere liberalem in alium facta. Et ut communiter definiti solet apud Hostiens. in Summ. de donationibus, & ab Abbate ad rubr. de donation. Donatio est rei licite (id est, donari non prohibite), nullo jure cogente, ex mera liberalitate facta collatio, seu datio; & sic colligitur ex leg. Donare 29. ff. de donationibus & leg. Donari 28. ff. de Reg. Juris.

3 Donatio dividitur primo in donationem verbalem, & in donationem realem. Donatio verbalis, quæ donatio imperfecta dicitur, est illa, quæ quis per verba de presenti jam actu donat rem alteri, sed actu eam rem ipsi non tradit, utpote forsitan absenti, vel donanti ad tempus adhuc necessaria; ut cum dico v. g. dono tibi hunc librum, illum equum; sed quia vel equus est absens, & liber adhuc pro aliquo tempore est mihi necessarius, non traditur actu, & per hoc remanet donatio imperfecta, ex quo non convenit ei dicta definitio desumpta ex Jur. leg. Donare 29. ff. de donationibus; & leg. Donari 28. ff. de Reg. Juris; non enim est datio seu collatio, ut loquitur ipsa definitio. Donatio realis, quæ donatio perfecta dicitur, est illa, quæ donans rem alteri, & actu donat, & simul in effectu tradit; ut cum dico, dono tibi hunc librum, & actu ipsum tibi trado, & per hoc redditur donatio perfecta; quia rei donatæ dominium, seu jus in re perfectum naturaliter, civiliter & simul legitima possessio traditur actu donatorio à donatore, uti exigit desumpta ex citatis juris definitio.

5 Secundo dividitur in donationem mere gratuitam, seu liberalem, & in donationem remuneratoriam. Donatio mere gratuita, seu liberalis est illa, quæ fit seclusa omni prorsus obligatione tam justitiæ, quam gratitudinis ex parte donantis, & absque ullo merito donatarii, sed tota quanta fundatur in liberalitate donantis. Donatio remuneratoria est illa, quæ fit ex aliqua obligatione non quidem justitiæ, sed gratitudinis ex parte donantis, ob præcedentia merita donatarii, id est ad remunerandum aliquod beneficium à donatorio acceptum, & hæc impropre est donatio; Unde à vera, & propria donatione excluditur illa, quam quis facit magistro suo, cum sit potius remuneratio obsequii, & officii, quam liberalis datio; leg. Aquilius 27. ff. de donationibus. Tertio dividitur in donationem puram, seu absolutam, & in donationem non puram seu conditionatam. Donatio pura seu absoluta est illa, quæ aliquid simpliciter absque ulla limitatione, vel conditione donatur. Donatio non pura, seu conditionata est illa, quæ aliquid simpliciter donatur sub certa aliqua conditione, ut dono tibi hunc equum, si hoc, vel illud facias, & hæc etiam non dicitur proprie donatio, quia donatio propria debet esse facta propter solam, & meram liberalitatem donantis; leg. 1. ff. de donationibus. (Proam. & leg. 1. 4. 5. 6. 7. tit. 4. part. 5.)

9 Quarto dividitur in donationem inter vivos, & donationem mortis causa. Utraque hæc donatio sic definitur in Jure leg. 1. Senatus §. 2. ff. de mortis causa donationibus; Donatio inter vivos est, cum is, qui donat, mavult habere illam, cui donat, quam se; Donatio mortis causa est, cum habere quis se mavult, quam cum, cui donat; magisque eum, cui donat, quam heredem suum. Optimæ quidem definitiones; sed quia obscure, sic clarior dantur. Donatio igitur inter vivos est, quæ sine mentione, cognitione, aut suspitione mortis fit, vel fieri potest; §. Aliæ autem 2. Institut. de donationibus; Toties enim censetur donatio inter vivos, quoties absolute quis donat actu aliquid alteri absque illa mentione, vel suspitione mortis suæ, aut sine omni simili addito, sive tunc sit sanus, sive ægrotus, ac moribundus, etiam in ipso testamento, vel codicillo, dummodo animus sit jam statim transferendi dominium in donatarium acceptantem per se, vel per alium legitime suas vires gerentem; quia etiam infirmus, vel in periculo mortis constitutus vere donare potest inter vivos; si enim alijunde non expressit, inter vivos donavit, ut ex Molina, & aliis recte observat Tambur. lib. 9. tract. 10. de donat. cap. 2. §. 1. num. 9. arg. leg. Seja 42. §. 1. ad fin. ff. de donat. 11

Donatio mortis causa est illa, quæ intuitu mortis, & expressa cum mentione ejusdem fit, ut colligitur ex §. 1. Institut. de donat. ubi sic dicitur: Mortis causa donatio est, quæ propter mortis fit suspitionem. Dicitur autem notantem cum expressa mentione mortis, quia quando nulla fit mentio mortis, præsumitur donatio inter vivos, etiamsi interne intuitu mortis donare intenderit, ipsamque donationem in summo mortis periculo fecerit donator, ut tenet communis Doctorum, arg. cit. leg. Seja 42. §. 1. ff. de donationibus. Hinc pro exemplo inferunt, quod si Petrus v. g. in mortis articulo constitutus, dicat absolute sine ullo addito, dono Paulo centum hos aureos, illum equum, & hujusmodi, ista est donatio inter vivos, quia nulla fit mentio mortis. Si vero Petrus dicat, quia video me brevi moriturum, vel quia omnes moriemur, vel quia & ego aliquando mori debeo, dono paulo centum aureos, meum equum, & hujusmodi, ista est donatio mortis causa, quia ob expressam mortis mentionem clare patet, donantem intuitu & consideratione mortis donasse.

Donatio mortis causa potest fieri tribus modis, qui 12 referuntur in leg. 2. ff. de mortis causa donationibus, ibi: Tres esse species mortis causa donationum, Julianus ait; Unam quæ nullo presentis periculo metu conterritus, sed sola cogitatione mortaliter donat. Aliam esse speciem mortis causa donationum, ait, cum quis imminente periculo, commotus ita donat ut statim fiat accipientis. Tertium esse genus donationis, si quis periculo motus non sic donat, ut statim fiat accipientis, sed tunc demum cum mors fuerit sequuta. Ubi vides, quod donatio mortis causa fieri potest non tantum in evidenti, & presenti, sed & in futuro mortis periculo, & in quavis infirmitate; Immo etiam tempore perfectæ sanitatis, dummodo intuitu mortis fiat, & mentio mortis expressa habeatur; ut tenet communis Doctorum per mox cit. leg. 2. ff. de mortis causa donat. & per leg. Senatus 35. §. 4. ff. ead. ubi sic habetur: Mortis causa donatio fit multis modis. Aliæ extra suspicionem alicujus periculo à sano, & in bona valetudine posito, & cui ex humana sorte mortis cogitatio est; Aliæ ex metu mortis, aut ex presenti vite periculo, aut futuro, siquidem terro, marique, tam in pace, quam in bello, tam domi, quam militia multis generibus periculum mortis metui potest. (Vid. supr. citat. cum leg. 6. tit. 12. lib. 3. For. Reg. 11. tit. 4. p. 5. 1. tit. 9. lib. 5. Ord. Reg. 7. tit. 10. lib. 5. Recop. Cast. per eas antecedentia comprobantur.)

Donatio mortis causa expirat, seu tacite revocatur 14 quatuor modis, ut desumitur ex §. 1. Institut. de donationibus. Primo expirat ipso jure, cum cessat infirmitas, seu mortis periculum, occasione & intuitu cuius donatio facta est, cit. §. 1. Institut. de donat. ibi: Sin autem supervixerit is, qui donavit, reciperet. Secundo, expirat 15 ipso jure, cum donatarius moritur ante donatorem, cit. §. 1. Institut. de donat. ibi: Aut prior deceperit, cui donavit; concordat lex Si vir uxori, §. uxor vivo, ff. de donat. inter vir. & uxor. Tertio cessat ipso jure, cum do-

tur in Jure leg. 1. Senatus §. 2. ff. de mortis causa donationibus; Donatio inter vivos est, cum is, qui donat, mavult habere illam, cui donat, quam se; Donatio mortis causa est, cum habere quis se mavult, quam cum, cui donat; magisque eum, cui donat, quam heredem suum. Optimæ quidem definitiones; sed quia obscure, sic clarior dantur. Donatio igitur inter vivos est, quæ sine mentione, cognitione, aut suspitione mortis fit, vel fieri potest; §. Aliæ autem 2. Institut. de donationibus; Toties enim censetur donatio inter vivos, quoties absolute quis donat actu aliquid alteri absque illa mentione, vel suspitione mortis suæ, aut sine omni simili addito, sive tunc sit sanus, sive ægrotus, ac moribundus, etiam in ipso testamento, vel codicillo, dummodo animus sit jam statim transferendi dominium in donatarium acceptantem per se, vel per alium legitime suas vires gerentem; quia etiam infirmus, vel in periculo mortis constitutus vere donare potest inter vivos; si enim alijunde non expressit, inter vivos donavit, ut ex Molina, & aliis recte observat Tambur. lib. 9. tract. 10. de donat. cap. 2. §. 1. num. 9. arg. leg. Seja 42. §. 1. ad fin. ff. de donat. 11

Donatio mortis causa est illa, quæ intuitu mortis, & expressa cum mentione ejusdem fit, ut colligitur ex §. 1. Institut. de donat. ubi sic dicitur: Mortis causa donatio est, quæ propter mortis fit suspitionem. Dicitur autem notantem cum expressa mentione mortis, quia quando nulla fit mentio mortis, præsumitur donatio inter vivos, etiamsi interne intuitu mortis donare intenderit, ipsamque donationem in summo mortis periculo fecerit donator, ut tenet communis Doctorum, arg. cit. leg. Seja 42. §. 1. ff. de donationibus. Hinc pro exemplo inferunt, quod si Petrus v. g. in mortis articulo constitutus, dicat absolute sine ullo addito, dono Paulo centum hos aureos, illum equum, & hujusmodi, ista est donatio inter vivos, quia nulla fit mentio mortis. Si vero Petrus dicat, quia video me brevi moriturum, vel quia omnes moriemur, vel quia & ego aliquando mori debeo, dono paulo centum aureos, meum equum, & hujusmodi, ista est donatio mortis causa, quia ob expressam mortis mentionem clare patet, donantem intuitu & consideratione mortis donasse.

Donatio mortis causa potest fieri tribus modis, qui 12 referuntur in leg. 2. ff. de mortis causa donationibus, ibi: Tres esse species mortis causa donationum, Julianus ait; Unam quæ nullo presentis periculo metu conterritus, sed sola cogitatione mortaliter donat. Aliam esse speciem mortis causa donationum, ait, cum quis imminente periculo, commotus ita donat ut statim fiat accipientis. Tertium esse genus donationis, si quis periculo motus non sic donat, ut statim fiat accipientis, sed tunc demum cum mors fuerit sequuta. Ubi vides, quod donatio mortis causa fieri potest non tantum in evidenti, & presenti, sed & in futuro mortis periculo, & in quavis infirmitate; Immo etiam tempore perfectæ sanitatis, dummodo intuitu mortis fiat, & mentio mortis expressa habeatur; ut tenet communis Doctorum per mox cit. leg. 2. ff. de mortis causa donat. & per leg. Senatus 35. §. 4. ff. ead. ubi sic habetur: Mortis causa donatio fit multis modis. Aliæ extra suspicionem alicujus periculo à sano, & in bona valetudine posito, & cui ex humana sorte mortis cogitatio est; Aliæ ex metu mortis, aut ex presenti vite periculo, aut futuro, siquidem terro, marique, tam in pace, quam in bello, tam domi, quam militia multis generibus periculum mortis metui potest. (Vid. supr. citat. cum leg. 6. tit. 12. lib. 3. For. Reg. 11. tit. 4. p. 5. 1. tit. 9. lib. 5. Ord. Reg. 7. tit. 10. lib. 5. Recop. Cast. per eas antecedentia comprobantur.)

Donatio mortis causa expirat, seu tacite revocatur 14 quatuor modis, ut desumitur ex §. 1. Institut. de donationibus. Primo expirat ipso jure, cum cessat infirmitas, seu mortis periculum, occasione & intuitu cuius donatio facta est, cit. §. 1. Institut. de donat. ibi: Sin autem supervixerit is, qui donavit, reciperet. Secundo, expirat 15 ipso jure, cum donatarius moritur ante donatorem, cit. §. 1. Institut. de donat. ibi: Aut prior deceperit, cui donavit; concordat lex Si vir uxori, §. uxor vivo, ff. de donat. inter vir. & uxor. Tertio cessat ipso jure, cum do-

natorem penitet donationis facte, cit. §. Instit. de donat. 18 ibi: Vel si eum donationis penituisse. Quarto, cessat ipso jure, cum donator poena capitis afficitur, leg. Si aliquis 7. ff. de donat. ibi: Si aliquis mortis causa donaverit, & poena fuerit capitis affectus, remouetur donatio ut imperfecta, quamvis cetera donationes sine suspitione poena facta valeant.

19 Donatio mortis causa differt a donatione inter vivos potissimum in tribus. Primo, quod donatio inter vivos semel rite facta ex se, etiam rebus immutatis est irrevocabilis, statimque transfert dominium irrevocabilliter leg. final. Cod. de revocat. donat. Non sic autem donatio mortis causa, quae ante donantis mortem firma non est, quia semper vel donantis penituntine, vel propter donatarii prevenientem mortem, vel aliquo alio ex mox dictis modis extingui potest, ut habetur leg. 32. ff. de donat. ibi: Non videtur perfecta donatio mortis causa facta, antequam mori donatarii insequatur, & dict. §. 1. de donatione pro adductis textus numero antecedenti. Secundo, quod donatio mortis causa evanescat moriente ante donatorem donatario, nec transmittitur in hoc casu ad haeredes, cit. §. 1. de donationib. Secus in donatione inter vivos. Tertio, quod ad donationem inter vivos quingentos solidos excedentem requiritur insinuatio apud Judicem, arg. §. Alii autem 2. Instit. de donat. Non sic autem ad donationem mortis causa, leg. fin. C. de donat. mortis causa.

22 Ad valorem donationis sive inter vivos, sive mortis causa requiritur voluntas, & animus donandi ex parte donantis, & acceptatio ex parte donatarii, leg. In omnibus 55. ff. de obligat. & act. leg. Absente 10. ff. de donat. Voluntas, & animus donandi in donatore sufficit quod manifestetur aliquo modo, sive ore tenus, sive in scriptis, sive presenti, sive absentis fiat, arg. leg. Nec ambi 6. ac leg. Si aliquid 13. Cod. de donat. Sic etiam acceptatio sufficit, quod fiat a donatario sive scriptis, sive verbis, sive solis signis. Immo si quis donat praesenti, isque tacet, consentire, & acceptare videtur, ut docet Julius Clarus lib. 4. §. Donat. quest. 14. num. 5. Pirhing. lib. 1. decretal. tit. 24. num. 2. Engel ibid. num. 2. Reiffenstuel ibid. num. 11. & communis aliorum, arg. Reg. 43. juris in 6. ibi: Qui tacet, consentire videtur. (Consonat lex. 1. tit. 16. part. 4. Ad rem 26 Regula 23. tit. 34. part. 7.) Donatio facta ecclesiae, vel alteri pie cause, statim obligat, quamvis a Rectore, vel Administratore ecclesiae, vel cause pie absente nondum sit acceptata. Barbosa lib. 2. juris eccles. cap. 13. num. 29. Tiraquell. de privileg. pie cause, privileg. 115. Engel, loco citato numer. 21. Reiffenstuel loco citato, num. 12. Abbas, Molina, & alii passim: & ratio est, quia quod donatur, vel promittitur ecclesiae, aut alteri pie cause, censetur donatum, aut promissum ipsi Deo, argum. cap. Nulli liceat 3. caus. 12. q. 2.

Mortis causa donationem quatuor modis expirare, inter quos, si donator poena capitis afficitur, numerari auctor refert.

De tribus primis locum occupantibus, videlicet cessante infirmitate cujus occasione sit facta, mortuo ante donatorem donatario, illoque de donatione penitente (1), non est ulla ambiguitas; de eo casu in quo iste poena capitis puniatur, videtur citata doctrinam a nostro jure secerni; nec concipi potest, quando ejus ingressus dignoscatur: nam si causa mortis ob delictum infligenda esset donatum, cum possit testamentum conficere, aliamve quamlibet voluntatem condere qui est ad mortem civilem, aut naturalem, dummodo ejus bona fisco non applicentur, condemnatus; (2) inde provenit ad revocationem non sufficere, quod poena hacine sit donator affectus, praemaxime cum dubium nullum oriatur, quid aem donationes fiant ab illo cui testandi facultas non denegatur: immo antiquitus cum filiusfamilias non posset testamentum condere, efficere tamen, vel donare causa mortis non est prohibebatur (3), si paternus consensus non deficeret.

(1) L. 11. tit. 4. part. 5. A las vegadas facen los omes donaciones, estando cuidados en enfermedades, o temiendo otros peligros de que no cuidaban estorcer: E decimos que la donacion que ome face de su voluntad, temiendo peligro de muerte, o de otro peligro, que vale. Pero tal donacion como esta puede ser revocada en tres maneras, la primera es, si se muere ante aquel a quien es hecha, que el otro que la hizo. La segunda es, si aquel que la hizo gñaresce de aquella enfermedad, o estuerce de aquel peligro, porque se

Deus autem ubique praesens & acceptans est. Donatio excedens quingentos solidos insinuari debet apud Judicem; id est debet donator declarare, & manifestare Judici se id donare, & ab ipso petere, ut instrumentum conficiatur, & in Acta redigatur. §. Alii autem 2. Instit. de donat. Quamvis enim olim donatio excedens ducentos, & postea trecentos solidos insinuationem requisierit: leg. Sancimus 34. §. leg. penult. ff. de donat. tamen hodie si quingentos solidos non excedat, non jubetur insinuari apud Judicem, textu claro in dict. §. Alii autem. Et si donatio excedens quingentos solidos non insinuatur apud Judicem, invalida est, cit. §. Alii autem 2. Instit. de donat. & arg. Sancimus 34. §. leg. penult. in fin. ff. de donat. Talis autem omnia insinuatio non invalidat totam donationem, sed tantum quoad excessum supra quingentos solidos, quia in his, quae dividi possunt, Utile non debet per inutile vitiari, ut habet praecise Regul. 37. juris in 6. & lex Si sponsus §. 2. de donat. inter vir. & uxore. (Vid. verb. Cambium, in fin. num. 24.) Solidus autem in Jure pro aureo accipitur, ut constat ex leg. fin. junct. Glossa verb. Aureus, ff. de in jus vacando, & notat Glossa 1. in cap. Placuit 1. caus. 10. quest. 3. & antiquitus septuaginta duo solidi unam libram aurei constituebant, ut patet ex leg. Quotiescumque 5. Cod. de reptionib. leg. 10. & ibidem notat Gloss. Barn. Anchar. & alii. Unde quingenti solidi valebant 700 aureos italicos, seu scuta, vel secundum alios 800. conficiebant; Julius Clarus leg. 4. §. Donatio quest. 14. num. 1. Layman. lib. 3. de justitia tract. 4. cap. 12. num. 15. Rebell. part. 2. leg. 18. q. 6. num. 5. Everard. tit. 1. consil. 19. num. 32. Pirhing. lib. 3. deor. tit. 24. num. 5. Reiffenstuel ibi. n. 15. Hodie vero secundum generalem, & passim receptam consuetudinem per solidum intelligitur aureus Hungaricus, sed apud nos ducatus, qui veteri illi solidus, seu aureo sufficere est, ita ut quae de solidis in Jure civili statuta sunt ad nostratem aureum, seu ducatum referenda sint, Mysinger. in §. Alii autem 2. Instit. de Donation. Schmid. ibid. 24. Pirhin. l. c. num. 5. Reiffenstuel leg. 6. num. 15. & alii.

Dantur tamen plures donationes, quae licet excedant quingentos solidos, valent absque insinuatione. Primo valet absque insinuatione donatio facta alieni pro reparatione aedum suarum, quae ruina, vel incendio consumptae sunt: leg. penult. §. Eademque, Cod. de donat. vel pro redemptione captivorum; cit. leg. penult. in princ. Secundo, valet absque insinuatione in utroque foro, conscientiae scilicet, & externo, donatio facta in quacumque quantitate ecclesiae, monasterio vel alteri pio loco, vel ad quamlibet causam piam; Julius Clarus lib. 4. §. Donatio quest. 77. num. 1. Pirhing. loc. cit. num. 6. Reiffenstuel loc. cit. num. 16. cum communio-ri Canonistarum, & Theolog. arg. cap. 19. Math. ibid.

(1) L. 11. tit. 4. part. 5. A las vegadas facen los omes donaciones, estando cuidados en enfermedades, o temiendo otros peligros de que no cuidaban estorcer: E decimos que la donacion que ome face de su voluntad, temiendo peligro de muerte, o de otro peligro, que vale. Pero tal donacion como esta puede ser revocada en tres maneras, la primera es, si se muere ante aquel a quien es hecha, que el otro que la hizo. La segunda es, si aquel que la hizo gñaresce de aquella enfermedad, o estuerce de aquel peligro, porque se

(2) Vid. verb. Testamentum.

(3) L. 11. proxime citat. ibi: E magner diximos en el titulo de los testamentos, que el hijo que esta en poder del padre, non puede facer testamento: con todo eso bien puede facer tal donacion como esta con otorgamiento de su padre: e sera valedera.

ibid.: Vade, vende omnia que habes, & da pauperibus. Nec obstat, quod in leg. Illud 19. Cod. de sacros. eccles. ruit, & in leg. Sancimus 34. §. Alii vero. Cod. de donationib. irritetur donationes factae ad pias causas ultra quingentos solidos, nam ultra quam quod dictae leges civiles videntur sublatae, & correctae ab ipsomet Jure civili, citat. leg. 34. de donat. ibi: Exceptis donationibus, quae in causas piissimas procedunt, & leg. 36. Cod. eod. causa pia non subjacet dispositioni Juris civilis, arg. cap. Ecclesia S. Mariae 10 de const. ibi: Nos attendentes, quod laici etiam Religiosis super ecclesiis, & personis ecclesiasticis nulla sit attributa facultas, apud quos obsequendi monet necessitas, non auctoritas imperandis, & quibus si quid motu proprio statutum fuerit, quod ecclesiarum etiam respiciat modum, & favorem, nullius firmitatis existit, nisi ab ecclesia fuerit approbatum: sed ipsa causa debent judicari secundum sacros canones, textu expresso in cap. Relatum 11. de testamentis, ibi: Relatum est, quod cum vestrum examen super relicta ecclesiae deductur; vos nisi septem, vel quinque idonei testes intervenierint, inde portiones judicatis; & infra: Mandamus, quatenus cum aliqua causa talis ad vestrum fuerit examen deducta, eam non secundum leges, sed secundum decretorum statuta tractetis, tribus, aut duobus legitimis testibus requisitis, quantum scriptum est: in ore duorum, vel trium tertium fiat omne verbum.

33 Tertio, valet absque insinuatione donatio remuneratoria beneficiorum, vel obsequiorum, quia non est vera donatio, ut colligitur ex l. Aquilius 27. junct. a Gloss. verb. Non moram, & leg. pen. §. Si quis ff. de donationib. Attendendum tamen est, ne donatio remuneratoria excedat nimis merita donatarii, quia quoad illum excessum non esset remuneratoria, sed mere liberalis, quae debet insinuari; leg. Sancimus 32. leg. pen. in fin. Cod. de donat. & cit. §. Alii autem 2. Instit. eod. Et sic tenet Clarus l. c. quest. 3. & 4. Pirhing. l. c. num. 6. Azorius, part. 3. lib. 9. de donat. cap. 6. quest. 4. & communis aliorum. Et generaliter loquendo omnis donatio, quae fit ob aliquam causam, verb. gr. ad militiam, ad studia, ad nuptias, & hujusmodi, non indiget insinuatione, leg. Hocjure 19. §. Labeo, & §. Sed & haec ff. de donationib. Et ratio est, quia talis donatio propter similes causas facta, non est propria, & perfecta donatio, nam propria & perfecta donatio fit ob meram liberalitatem, citat. leg. 11. ff. de donationib. & cum lex requirens insinuationem sit odiosa, quippe restringens liberam facultatem donandi, non est extendenda & amplianda ultra donationem propriam & perfectam, arg. Regul. 15. juris in 6. ibi: Ovia restringi, & favores convenienti amplari; (Leg. 2. tit. 2. part. 7.) Julius Clarus loc. cit. q. 16. Pirhing. loc. cit. num. 6. Reiffenstuel loc. cit. num. 19. & alii passim.

36 Quarto, valet absque insinuatione donatio rerum mobilium quingentos solidos excedens, quam belli dux facit militibus tam ex suis bonis, quam ex spoliis hostium, sive in ipsa belli occupatione, sive in quibuscumque aliis locis, & temporibus; l. Si quis 36. §. 1. Cod. de donationib. Quinto, valet absque insinuatione donatio, quando Princeps supremus facit privato l. Sancimus 34. de donation. Aut privatus facit Principi Supremo; Authentic. immediat. seq. l. 34. C. de donat. (Cum doctrina ex num. 27. usque in praesens conveniunt leg. 9. tit. 4. ejusd. part. 5. 6. & 8. tit. 12. lib. 3. For. Reg. Ad rem tit. 27. part. 2. & gloss. D. D. Greg. Lopez.)

38 Si sit facta alia donatio ultra taxatos a lege quingentos solidos, potest donatarius tuta conscientia etiam excessum retinere, donec a donante, vel ejus haerede repetatur, vel per Judicis sententiam rescindatur donatio, quoad illum excessum supra taxatos quingentos solidos, non enim reddunt donatarium inhabilem ad retinendum, sed tribuunt donatori potestatem pro arbitrio illam excedentem summam repetendi; unde donatarius tuta conscientia retinere potest excessum illum, donec repetatur; scienti enim, & volenti non fit iniuria; Molin. tract. 2. disp. 378. num. ult. Lessius lib. 1. cap. 18. num. 99. Layman. loc. cit. cap. 12. num. 15. Pirhing. loc. cit. num. 7. & alii.

Donatio hunc parit effectum, quod licet sit solum donatio verbalis, quae absque actuali traditione rei donatae fit, obligat donatorem ad tradendam rem donatam, si donatio a donatario fuerit acceptata; textu expresso in §. Alii vero 2. Instit. de donationib. ibi: Donationes &c. etiamsi (res donatae) non tradantur, habent plenissimum, & perfectum robur, & traditionis necessitas incumbit donatori. Immo in casu quo donator nolit reddere rem donatam, conceditur donatario actio contra ipsum ad tradendam rem verbaliter donatam; leg. Si quis argentum 35. C. de donat. (Leg. 1. tit. 11. lib. 1. For. Reg. Add. hisp. verb. Contractus, & verb. Pactum). Donatarius tamen, si actione conveniatur ad tradendam rem donatam, casu quo solvendo totum promissum, seu verbaliter donatum, nequeat aliis creditoribus amplius solvere, vel se honeste sustentare amplius non possit, debet prius debita aliis creditoribus, & potest necessaria propria sustentationis deducere, textu expresso in leg. Qui ex donatione 12. ff. de donationib. ibi: Qui ex donatione se obligavit, in quantum facere potest, convenitur; sed enim, id, quod creditoribus debetur, erit detrahendum; concordat lex Qui id 33. ff. eod. ibi: Actione non in solidum, sed quantum facere potest, convenitur. Si autem donator sit in mora tradendi rem donatam, non tenetur fructus ex re donata interea perceptos donatario restituere, textu expresso in l. In adibus 9. §. 1. ff. de donat. ibi: Ex rebus donatis fructus percepti in rationem donationis non computantur. Neque tenetur ob dilata traditionem usuras solvere, ut expresse cavetur l. Eum qui ff. eodem, ibi: Eum, qui donationis causa pecuniam, vel quid aliud promissit, de mora solutionis pecuniae usuras non debere, summe aequitatis est; Aliter donatori sua liberalitas nimis esset damnosa, quia res domino suo fructificat, antetraditionem autem donatarius nondum est dominus rei donatae, cum dominia rerum transferantur non nudis pactis, sed traditionibus, l. Traditionibus 20. C. de Donationibus.

¶ Donatio ex quibus potius causa mortis, quam inter vivos dicenda sit, tum an solemnitates a statuto inductae quoad donationes requirantur in donatione causa mortis ad ejus validitatem, plenissime discutit Rota in Nullius Croviella l. nmissionis 17. Jun. 1748. cor. R. P. D. Elephan. &

ARTICULUS II.
Donatio quoad personas, quae donare possunt, vel non & quoad quantitatem.

SUMMARIUM.

1 Donare generatim, qui possint vel non ad num. 2.
2 Tutores, & curatores an de bonis quae administrant donare possint, vel elemosinas, & remunerationes facere, ad num. 4.
3 Usor, & filiusfamilias an & de quibus donare possint, ad num. 6.
4 Quid pupillo, & minoreni liceat circa donationes, etiam inuito tutore vel curatore, ad num. 8.
5 Utrum & quando valeat donatio patris facta filio, ad num. 11.
6 An mater semper valide donet filio viri.
7 Donationes inter conjuges quando nulla, & in quibus casibus valitura sint, ad num. 26.
8 Quibus in causis donationes hujusmodi revocari possint, & in dubio revocationis factae quid agendum, ad num. 29.
9 An milites focariis vel concubinis donare possint.
10 Princeps supremus quomodo donare possit, vel debeat, ad num. 32.
11 Clerici beneficii, Episcopi, ac ecclesiarum Praelati, etiam Regulares, quae donationes de bonis ecclesiae facere possint, & ad quos usus ad num. 42.
12 Regulares vero non superiores quando aliquam, &

quando nullam facultatem donandi habeant de rebus communitalis, ad num. 45.
 46. Quod a iure prescriptum sit quoad quantitatem ac solemnitatem donandi, ad num. 55.
 56. Additiones ex aliena manu subiciuntur, ad num. 60.

DONARE potest omnis ratione utens, lege non prohibitus, habens plenum dominium, seu liberam administrationem rei suae; quisquis enim rei suae moderator, atque arbiter existit, ut dicitur in leg. In re mandata, Cod. Mandati. Donare autem non potest pupillus, minor, furiosus, amens, prodigus, &c. quia per vulgaria Juris, & per commune Doctorem omnes, qui administratione bonorum suorum sunt privati, uti sunt supradicti, etiam alienare, & donare sine auctoritate tutoris vel curatoris prohibentur. Tutores, & curatores non possunt donare aliquid de bonis, quae administrant, textu expresso in leg. Contra Juris 38. §. fin. de pactis, ibi: Juliano placet, etiamsi maximam quis administrationem peculii habeat concessam, donandi ius eum non habere; & concordat lex Lucius 46. §. fin. ff. de administrat. tutor. Possunt tamen tutores, & curatores ad proportionatas donationes remuneratorias pro meritis, & servitiis suo principali collatis, sicut possunt facere illas donationes & elemosynas, quae pro more, & consuetudine fieri solent ab aliis parvis conditionis sui principalis; leg. Cum plures 12. §. 3. ff. de administr. tutor. ac leg. 15. ff. eod. & est communis Doctorum sententia.

(Consonat lex 5. tit. 12. lib. 3. For. Reg. 1. tit. 4. §. tit. 11. p. 5. Inter eos, quibus donandi facultas denegatur, in leg. practi. §. 2. tit. 4. ejusd. p. preditorer, atque haereticus numeratur, Consiliarius etiam insidiantes; videatur tit. 16. p. 2. tit. 2. & 26. p. 7. ubi in primo, de custodia quam curia regiae officiales merentur; in secundo, de proditoribus; in tertio, de haereticis; retrorsum inspicere add. novis. hisp. verb. Apostata, vers. Additio: Ad ree leges tit. 5. p. 3. 20. usque ad 35. tit. 12. p. 5. & 15. 26. 17. & 18. tit. 16. p. 6. In eis omnibus curatorum & procuratorum ostenditur potestas; de quibus necessaria suis inseruntur in locis.)

Uxor potest libere donare, atque elemosynas facere de bonis suis paraphernalibus, & de iis bonis, quae extra bona communia dotalia aliunde acquirit, ut ex datione, legato, &c. ex opera, vel arte ad familiae gubernationem non necessaria, nec nociva. Sic communis reliqua vide verb. Bona, art. 4. ubi late de donationibus, & elemosynis, quas uxor facere potest, vel non. Filius familias donare potest etiam invito patre de suis bonis castrensibus, vel quasi castrensibus; ipsa enim pertinent ad liberum ipsius dominium, & administrationem; leg. Si filiusfamilias, ff. de donationib. §. 6. ibi: Ceterum qui habent castrense peculium, vel quasi castrense, in ea conditione sunt, ut donare, & mortis causa, & non mortis causa possint, cum testamenti factorem habeant, & leg. 2. Castrense, ff. de peculio castrensi, & est communis; reliqua vid. verb. Bona, art. 4. (Leg. 3. tit. 4. p. 5. §. 6. & 7. tit. 17. p. 4. 7. tit. 4. lib. 3. For. Reg.) Pupillus & minor, si pubes sit, etiam invito tutore, vel curatore, potest facere donationes, elemosynas, vel alios sumptus moderatos pro sua conditione, & facilitate, prout aliis parvis conditionis passim permitti solet, id enim exigit decencia status sui; (Leg. 12. tit. 23. p. 1. 4. & 5. tit. 11. p. 5.) Est communis cum Molina tom. 2. disp. 277. Si au-

tem talis pupillus, & minoris profuse, & excessive donet, vel expendat, peccat, quia agit contra praescriptum ejus, cui tenetur obedire; Illi tamen, quibus talis donatio facta est, non tenentur ad restitutionem, donec donatum a tutore, vel curatore repetatur, vel ipse dator petat restitutionem in integrum; Molina tom. 2. disp. 224. 261. & 277. Lessius lib. 2. cap. 18. dub. 11. numer. 81. Sporet loc. cit. num. 29. & alii passim.

Pater si donet aliquid filio nondum emancipato, ejus donatio est invalida, & pro arbitrio patris potest revocari, leg. Cum de bonis 11. Cod. de donationib. & ha. Cod. de inefficac. donat. Et ratio est, quia, ut dicunt communiter Doctores, omne quod filius a patre acquirit, ad bona filii profectitia spectat, quorum bonorum quia pater est dominus, non tam filio, quam sibi donare censetur: filius enim quandiu est sub potestate patris reputatur veluti una persona civilis cum patre. Talis autem donatio evadit statim valida post mortem patris, quia tunc filius desinit esse sub potestate patris; Sic etiam potest emancipationem filii, res prius donata statim transit ad filium donatarium, si usque ad emancipationem pater non revocaverit donationem; leg. Donationes 31. §. 2. ff. de donat. & leg. Siye emancipatis 17. Cod. eod.

Datur tamen aliqui casus, in quibus donatio patris facta filio nondum emancipato statim valet. Prima, cum pater donat aliquid filio ratione studiorum, vel officii addiscendi; leg. 14. Cod. de neg. gest. Secundo, cum pater donat aliquid filio in dotem, vel ad matrimonium. Tertio, cum pater donat bona modicam filio ex causa militiae, ad gradum, vel honorem adipiscendum, quia ita donatum efficitur bonum castrense, vel quasi castrense, in quo filius liberam habet dispositionem; ex leg. 2. Castrense, ff. de peculio castrensi. Quarto, cum pater donat filio usumfructum, quem habet in ejus bonis adventitiis. Quinto, in omnibus pene casibus, in quibus inter conjuges valet statim, valet etiam donatio patris facta filio; Navar. cap. 17. num. 147. Silvester, verb. Donatio 2. quest. 7. Lessius loc. cit. num. 91. & alii.

Mater valide donat filiis tam emancipatis, quam nondum emancipatis, quia in morte cessat ratio prohibens donationem in filium, cum mater non habeat filios in sua potestate; §. Feminae 10. Institut. de adop. Tum quia mater non est prohibita donare filiis; arg. leg. Sed si ego 4 §. 1. ff. ad SC. Vellejan. tum quia, ut ibidem adducitur ratio, mater non tam facilius donat, vel certe ordinario defectu administrationis multum donare non potest.

(Si praecedens expressio bene perpenditur, nil superest ad posterioris doctrinae elucidationem; semper quod propter donationem factam, nec pauperior pater, nec dicitur fiat filius inter eos vim habet hic contractus; verum recognoscatur, add. verb. Alimentaria, pag. 96. vers. Juxta; verb. Haereditas, vers. In distributione; i. verb. Successio ab intestato, & verb. Testamentum; convenit lex 3. tit. 4. p. 5. ubi absque filiorum differentia, sive in potestate, aut extra eam fuerint, ad conlationem simpliciter donati filius donatarius tenetur.)

Si pater donet aliquid filio nondum emancipato, ejus donatio est invalida, & pro arbitrio patris potest revocari, leg. Cum de bonis 11. Cod. de donationib. & ha. Cod. de inefficac. donat. Et ratio est, quia, ut dicunt communiter Doctores, omne quod filius a patre acquirit, ad bona filii profectitia spectat, quorum bonorum quia pater est dominus, non tam filio, quam sibi donare censetur: filius enim quandiu est sub potestate patris reputatur veluti una persona civilis cum patre. Talis autem donatio evadit statim valida post mortem patris, quia tunc filius desinit esse sub potestate patris; Sic etiam potest emancipationem filii, res prius donata statim transit ad filium donatarium, si usque ad emancipationem pater non revocaverit donationem; leg. Donationes 31. §. 2. ff. de donat. & leg. Siye emancipatis 17. Cod. eod.

Datur tamen aliqui casus, in quibus donatio patris facta filio nondum emancipato statim valet. Prima, cum pater donat aliquid filio ratione studiorum, vel officii addiscendi; leg. 14. Cod. de neg. gest. Secundo, cum pater donat aliquid filio in dotem, vel ad matrimonium. Tertio, cum pater donat bona modicam filio ex causa militiae, ad gradum, vel honorem adipiscendum, quia ita donatum efficitur bonum castrense, vel quasi castrense, in quo filius liberam habet dispositionem; ex leg. 2. Castrense, ff. de peculio castrensi. Quarto, cum pater donat filio usumfructum, quem habet in ejus bonis adventitiis. Quinto, in omnibus pene casibus, in quibus inter conjuges valet statim, valet etiam donatio patris facta filio; Navar. cap. 17. num. 147. Silvester, verb. Donatio 2. quest. 7. Lessius loc. cit. num. 91. & alii.

Mater valide donat filiis tam emancipatis, quam nondum emancipatis, quia in morte cessat ratio prohibens donationem in filium, cum mater non habeat filios in sua potestate; §. Feminae 10. Institut. de adop. Tum quia mater non est prohibita donare filiis; arg. leg. Sed si ego 4 §. 1. ff. ad SC. Vellejan. tum quia, ut ibidem adducitur ratio, mater non tam facilius donat, vel certe ordinario defectu administrationis multum donare non potest.

(Si praecedens expressio bene perpenditur, nil superest ad posterioris doctrinae elucidationem; semper quod propter donationem factam, nec pauperior pater, nec dicitur fiat filius inter eos vim habet hic contractus; verum recognoscatur, add. verb. Alimentaria, pag. 96. vers. Juxta; verb. Haereditas, vers. In distributione; i. verb. Successio ab intestato, & verb. Testamentum; convenit lex 3. tit. 4. p. 5. ubi absque filiorum differentia, sive in potestate, aut extra eam fuerint, ad conlationem simpliciter donati filius donatarius tenetur.)

Esi verum videatur, matrem in suos filios non habere talem potestatem qualem pater habet; ideo tit. 17. p. 4. solum patrie potestatis fit mentio, nec ullum verbum de materna invenitur; nec tit. 5. p. 6. ad pupillariter substituendum filii matris recordatur; Vid. add. hisp. verb. Mater, vers. Advertitur: nec tit. 16. ejusd. p. 6. facultas dandi tutoris eidem uni ac alteri denegatur, quem

quem velit, potest pater nominare: mater vero idem efficere valebit, tamen nisi cum iudicis approbatione non tenet; iis nihilominus insuperhabitis, atque filiorum versus matres obligationibus, aequalis utrumque animadvertitur successio: pater & mater sine discrimine hereditatem capiunt filiorum; ac eorum istis; Vid. add. supra-potestas, asseri poterit, dummodo nec locupletior fiat filius, nec mater pauperata praegraveretur, factam ab ea donationem sustinendam: e converso debet donatum conferri.)

Conjux nequit alteri conjugi mere liberaliter aliquid donare: & si talis mere liberalis fiat donatio inter virum, & uxorem durante matrimonio, est invalida, & ad arbitrium donantis revocari potest, si ex illa donans fiat pauperior, & donatarius ditior, textu expresso in cap. de donationibus inter virum & uxorem: ibi: "Donatio, quae constante matrimonio inter conjuges dicitur esse facta, ex qua alter locupletior, & alter pauperior efficitur, firmitatem non habet nisi donantis obitu confirmetur; quae tamen penitus evanescit, si revocatur ab eo tacite, vel expresse, vel qui donatum accepit, prius debitum naturae absolvat;" leg. 1. ff. de donat. inter virum, & uxorem, ibi: Moribus apud nos receptum est, ne inter virum & uxorem donationes valerent, & additur ratio praecisus his verbis: Hoc autem receptum est, ne mutuo amore invicem spoliarentur, donationibus non temperanter, sed profusa erga se facilitate, & leg. 3. princip. ff. eod. ibi: Majores nostri inter virum & uxorem donationes prohibuerunt, amorem honestum solis animis aestimantes, famae etiam conjunctorum consulentes, ne concordia pretio conciliari videretur."

Valida tamen est donatio inter conjuges in pluribus casibus. Primo, valida est inter eos donatio remuneratoria ob praestita obsequia, & beneficia, seu servitia aliis ordinarie indebita, & quae ab aliis ejusdem conditionis conjugibus in similibus circumstantiis communiter praestari non solent: Sic ex communi docent Abbas in cit. cap. Donatio 8. de donat. inter vir. & uxorem, num. 7. Menoch. de arbitrar. Judic. casu 132. num. 4. Sanchez lib. 6. n. 11. Molina, Layman, & alii; & ratio est, quia donatio remuneratoria non est propria, & vera donatio, ut desumitur ex leg. Aquilius 27. junct. Glossa, verb. Non veram, & leg. penult. §. Si quis ff. de donationibus.

Secundo, valida est donatio facta ab uno conjugum alteri conjugi, si ex donatione donans non factus pauperior, id est, si ejus substantia, & divitiae non sint diminutae; ut si maritus hereditatem (Contrarium quoad uxorem, verb. Uxor) leg. 1. tit. 3. lib. 5. Castell. vel legatum repudiat, ut habetur in leg. Si sponsus; §. Si maritus haeres ff. de donat. inter vir & uxorem. Ad hoc enim ut donatio inter conjuges sit invalida, requiritur expresse, ut donans ex tali donatione reddatur pauperior, & donatarius reddatur locupletior, ut patet ex cit. cap. Donatio ibi: Donatio, quae constante matrimonio inter conjuges dicitur esse facta, ex qua alter locupletior, & alter pauperior efficitur firmitatem non habet; & leg. Si etsi, ff. eod. ibi: Nam jus constitutum ad eas donationes pertinet, ex quibus & locupletior mulier; & pauperior maritus in suis rebus fit.

Tertio, valida est donatio, si ex ea non sit factus locupletior conjux donatarius, etiamsi conjux donans pauperior fiat donando, textu expresso in leg. Si sponsus §. 16. ff. de donatione inter vir, & uxorem: ibi: Ubicumque legitur non diminui de facultatibus suis, qui donavit, valet, vel etiamsi diminuat, locupletior tamen non fit, qui accepit, donatio valet. Ut si maritus uxori locum sepulturae donet; non enim locupletior fit uxor in ea re quam Religiosis dicitur; cit. leg. Si sponsus, §. Concessa.

Quarto, valida est donatio facta causa exilii, vel alterius poenae bonorum confiscationem secum trahentis, textu expresso in leg. 43. ff. de donationibus inter virum & uxorem, ibi: Inter virum & uxorem exilii causa donatio fieri potest.

Quinto, valida est donatio mutua inter conjuges, saltem quando una alteram notabiliter non excedit; leg. Quod autem 7. §. 2. ff. de donat. inter vir. & uxorem.

quem velit, potest pater nominare: mater vero idem efficere valebit, tamen nisi cum iudicis approbatione non tenet; iis nihilominus insuperhabitis, atque filiorum versus matres obligationibus, aequalis utrumque animadvertitur successio: pater & mater sine discrimine hereditatem capiunt filiorum; ac eorum istis; Vid. add. supra-potestas, asseri poterit, dummodo nec locupletior fiat filius, nec mater pauperata praegraveretur, factam ab ea donationem sustinendam: e converso debet donatum conferri.)

Conjux nequit alteri conjugi mere liberaliter aliquid donare: & si talis mere liberalis fiat donatio inter virum, & uxorem durante matrimonio, est invalida, & ad arbitrium donantis revocari potest, si ex illa donans fiat pauperior, & donatarius ditior, textu expresso in cap. de donationibus inter virum & uxorem: ibi: "Donatio, quae constante matrimonio inter conjuges dicitur esse facta, ex qua alter locupletior, & alter pauperior efficitur, firmitatem non habet nisi donantis obitu confirmetur; quae tamen penitus evanescit, si revocatur ab eo tacite, vel expresse, vel qui donatum accepit, prius debitum naturae absolvat;" leg. 1. ff. de donat. inter virum, & uxorem, ibi: Moribus apud nos receptum est, ne inter virum & uxorem donationes valerent, & additur ratio praecisus his verbis: Hoc autem receptum est, ne mutuo amore invicem spoliarentur, donationibus non temperanter, sed profusa erga se facilitate, & leg. 3. princip. ff. eod. ibi: Majores nostri inter virum & uxorem donationes prohibuerunt, amorem honestum solis animis aestimantes, famae etiam conjunctorum consulentes, ne concordia pretio conciliari videretur."

Valida tamen est donatio inter conjuges in pluribus casibus. Primo, valida est inter eos donatio remuneratoria ob praestita obsequia, & beneficia, seu servitia aliis ordinarie indebita, & quae ab aliis ejusdem conditionis conjugibus in similibus circumstantiis communiter praestari non solent: Sic ex communi docent Abbas in cit. cap. Donatio 8. de donat. inter vir. & uxorem, num. 7. Menoch. de arbitrar. Judic. casu 132. num. 4. Sanchez lib. 6. n. 11. Molina, Layman, & alii; & ratio est, quia donatio remuneratoria non est propria, & vera donatio, ut desumitur ex leg. Aquilius 27. junct. Glossa, verb. Non veram, & leg. penult. §. Si quis ff. de donationibus.

Secundo, valida est donatio facta ab uno conjugum alteri conjugi, si ex donatione donans non factus pauperior, id est, si ejus substantia, & divitiae non sint diminutae; ut si maritus hereditatem (Contrarium quoad uxorem, verb. Uxor) leg. 1. tit. 3. lib. 5. Castell. vel legatum repudiat, ut habetur in leg. Si sponsus; §. Si maritus haeres ff. de donat. inter vir & uxorem. Ad hoc enim ut donatio inter conjuges sit invalida, requiritur expresse, ut donans ex tali donatione reddatur pauperior, & donatarius reddatur locupletior, ut patet ex cit. cap. Donatio ibi: Donatio, quae constante matrimonio inter conjuges dicitur esse facta, ex qua alter locupletior, & alter pauperior efficitur firmitatem non habet; & leg. Si etsi, ff. eod. ibi: Nam jus constitutum ad eas donationes pertinet, ex quibus & locupletior mulier; & pauperior maritus in suis rebus fit.

Tertio, valida est donatio, si ex ea non sit factus locupletior conjux donatarius, etiamsi conjux donans pauperior fiat donando, textu expresso in leg. Si sponsus §. 16. ff. de donatione inter vir, & uxorem: ibi: Ubicumque legitur non diminui de facultatibus suis, qui donavit, valet, vel etiamsi diminuat, locupletior tamen non fit, qui accepit, donatio valet. Ut si maritus uxori locum sepulturae donet; non enim locupletior fit uxor in ea re quam Religiosis dicitur; cit. leg. Si sponsus, §. Concessa.

Quarto, valida est donatio facta causa exilii, vel alterius poenae bonorum confiscationem secum trahentis, textu expresso in leg. 43. ff. de donationibus inter virum & uxorem, ibi: Inter virum & uxorem exilii causa donatio fieri potest.

Quinto, valida est donatio mutua inter conjuges, saltem quando una alteram notabiliter non excedit; leg. Quod autem 7. §. 2. ff. de donat. inter vir. & uxorem.

Si vir, & uxor, qui invicem sibi donaverint, &c. recte placuit, compensationem fieri donationis: In causa enim mutuae donationis nullus conjugum locupletior fit, aut pauperior, quod est potissimum motivum prohibitionis donationum inter conjuges, juxta cit. leg. 1. ff. de donat. inter vir. & uxorem. Sed etsi ff. eodem & cap. Donatio 9. de donat. inter vir. & uxorem.

Sexto, valida est donatio mortis causa facta inter virum & uxorem; textu expresso in leg. Si eum 9. §. fin. ff. de donat. inter vir. & uxorem. ibi: Inter virum, & uxorem mortis causa donationes receptae sunt.

Septimo, valida est donatio, qua vir remittit uxori usuras dotis conventionite debitas; leg. Vir usuras 54. ff. de donationibus inter vir. & uxorem.

Octavo, Valida est donatio facta ad reficiendas aedes dotales; leg. Quod si vir 14. ff. de donat. inter virum, & uxorem.

Nono, Valida est donatio si uxor marito donet causa honoris, vel dignitatis adipiscendae, v. g. ad ipsum nobilitandum, doctorandum, in dignitate, vel qualificato officio constituendum; leg. 40. & sequent. ff. de donat. inter virum, & uxorem.

Decimo, Valida est donatio, si vir uxori dotem promissam remittat, juxta leg. Si constante, Cod. de donat. ante nuptias, vel si uxorem dotet causa remunerationis, v. g. quia nobilis ignobili, juvenca seni nupsit; alioquin vero non est concessum, ut vir uxori post nuptias vel tempore nuptiarum dotem mere liberaliter constituat, leg. Si quis uxori ff. de donationibus, quia haec dotis constitutio species donationis est; leg. ultim. §. Si a socero, ff. Quae in fraudem creditorum.

Undecimo, valida est donatio, inter conjuges principes supremos; quia imperiales contractus legis vim obtinent; leg. penult. Cod. de donat. inter virum & uxorem.

Duodecimo, Valida est inter virum & uxorem donatio exigui pretii. Barbosa, in cap. Donatio 8. de donationibus inter virum, & uxorem, num. 17. arg. leg. Ex annuo 15. leg. Sed si vir, ff. de donationibus inter virum & uxorem, a sensu contrario, & sic habet consuetudo optima legum interpretis; leg. 34. ff. de legibus (Leg. 5. & 6. tit. 3. p. 1.

Tertiodecimo, omnis donatio invalida facta ab uno conjugum alteri conjugi inter vivos, fit statim valida post mortem donantis, si eam in vivis tacite, vel expresse non revocavit, textu expresso in cit. cap. Donatio 8. de donat. inter virum & uxorem, ibi: Firmitatem non habet nisi donantis obitu firmetur, quae tamen penitus evanescit, si revocatur ab eo tacite, vel expresse; & concordat lex. Cum hic 32. §. 2. & lex. Stipulata 33. ff. de donat. inter virum, & uxorem. Mortuo enim donante cessat finis legis prohibentis tales conjugum donationes, periculum scilicet mutuae paupertatis ex mutuo affectu, &c.

Tunc autem censetur tacite revocata donatio, si donata res prius conjugi donatam postea alteri donet, leget, vendat, pignori, aut hypothecae subjiciat, textu expresso in leg. Si Maritus 12. Cod. de donat. inter virum, & uxorem, ibi: Cum sit manifestum, etiam donatione, vel venditione, vel alio quolibet modo rebus alienatis revocata esse a viro in mulierem factam donationem, & leg. Cum hic status 32. §. 5. & §. 15. ff. eodem, ibi: Si maritus ea qua donaverat, pignori dedit, utique eum penitus esse dicimus Sic etiam talis donatio censetur tacite revocata per divortium; leg. Cum hic status 32. §. 19. & 11. ff. de donat. inter virum & uxorem. In dubio autem, an donatio fuerit a donatore revocata, praesumendum est non esse revocata textu expresso in leg. Cum hic status 32. §. 4. ff. de donat. inter virum & uxorem, ibi: Si appareat defunctum evidenter revocasse voluntatem; quod si in obscuro sit, praevincitor debet esse Juxta ad comprobandam donationem.

(Praecipuum obiectum donationem inter virum, & uxorem prohibendi nemini celatur; si in egestatem donans non devenit, simulque donatarius dives non efficitur, valorem obtinet; & leg. 3. 4. 5. & 6. tit. 11. p. 4. sic declaratur. Vid. etiam add. hisp. novis. verb. Arrha, pag. 236. col. 2. vers. Singularia:.)

Milites donare non possunt focariis, seu concubinis suis; leg. 2. Cod. de donat. inter virum & uxorem, ubi as-

sig-

sig-

sig-

sig-

sig-

sig-

sig-

sig-

sig-

sig-

sig-

sig-

sig-

sig-

sig-

signatur hæc ratio, quia licet donatio meretrici ab aliis etiam ob rem turpem facta valeat, textu claro *leg. Affectionis 5. § leg. Donations in concubinam 31. ff. de donat. Milites tamen meos (ait Imperator) à foris suis hac ratione, scilicet adulacionibus spoliari nolo.*

31 Princeps supremus, ut Rex, & hujusmodi, non potest profuse donare in grave, & notabile præjudicium status, & regni; atque ideo successores poterunt ejusmodi donationes revocare, ut colligitur ex *cap. Intellecto 33. de jurjurando*, ubi sic expresse habetur: "Intellecto jam dudum, quod carissimus in Christo fidelis noster Hungarie Rex illustris alienationes quasdam fecerit in præjudicium regni sui, & contra Regis honorem; Nos eidem Regi dirigitus scripta nostra, ut alienationes prædictas non obstante juramento si quod fecit de non revocandis eisdem, studeat revocare. Quia cum teneatur, & in sua coronatione juraverit jura regni sui, & honorem Coronæ illibata servare, illicitum profecto fuit, si præstitit de non revocandis alienationibus hujusmodi juramentum, & propterea penitus non servandum." Et ratio est, quia bona Coronæ sunt suo modo vinculata, & Regi concessa ad defensionem, & administrationem reipublicæ, & ad onera sui muneris sustinenda, non vero ut in reipublicæ detrimentum profundantur; sic cum aliis probat Molina *tom. 1. traçt. 2. disp. 25. Lugo tom. 2. disp. 23. sçl. 10. num. 148.* Potest tamen Rex, & alius Princeps supremus donare juxta conditionem sui status; sicut potest & debet remunerare merita subditorum, præsertim si in commune bonum cedat; hoc enim spectat ad providam regni gubernationem & decentem regni dignitatem, cum non possit regia dignitas, & regni gubernatio sine liberalitatibus, & remunerationis exercitio decenter sustineri; colligitur ex *cap. Abbate 3. de sententia, & re judicata in 6. Lugo loc. cit. Molina loco cit. & alii.*

32 Consonant leges 1. ad 8. 17. § 18. tit. 1. 5. tit. 15. tit. 17. § 27. p. 2. 28. tit. 11. p. 3. 101. tit. 9. lib. 5. Ord. Reg. tit. 10. lib. 5. *Recop. Cast. in quibus determinationibus necessitas subditos remunerandi demonstratur: quanta attentione, juramentum in regni præjudicium præstitum quid firmitatis, nam nulla est, habere deciderit: perpetuum esse debere beneficium à Rege subditis conlatum, declaratur; denique, præter ostensionem rerum, quæ & quibus personis donari valent, horum contractuum, & alienationum revocatio advertitur.*

33 Clerici Beneficij de bonis suis patrimonialibus, & quasi patrimonialibus, & parsimonialibus facere possunt honestas donationes non tantum remuneratorias, sed etiam liberales, & profanas, moderatas tamen secundum qualitatem sui status, & conditionis. De bonis autem ecclesiasticis superfluis non possunt facere donationes profanas liberales, sed tenentur sub mortali ipsa bona ecclesiastica superflua erogare in pauperes, vel ad causas pias applicare. *Est communis. Vide verb. Beneficiatus art. 1. d. num. 35. usque ad num. 62. ubi late de hac re.*

34 Episcopi, vel ecclesiarum Prælati, sive seculares sive regulares non possunt facere ex mera liberalitate donationes magnas, sive in magna quantitate de redditibus, & bonis ecclesie seu monasterii; Et si tales donationes faciant, revocari possunt, ac debent per successorem, textu expresso in *cap. Fraternalitatem 2. de donationib. ibi: "Fraternalitatem tuam credimus non latere, quod cum Episcopus, & quilibet Prælati ecclesiasticarum rerum sit procurator, & non dominus, conditionem ecclesie meliorare potest, facere vero detrimentum non debet; Accepimus autem, quod prædecessor tuus graves donationes in rebus episcopatus fecit in detrimentum ecclesie suis Canonice inconsultis. Unde quoniam donationes hujusmodi de jure non tenent, indulgemus tibi, ut liceat donationes hujusmodi, tam à Clericis, quam à laicis legitime revocare." Possunt tamen dicti Prælati facere valide, & licite donationes modicas, seu in parva quantitate etiam mere liberales, seu est loci consuetudo, textu expresso in *cap. Ceterum 3. de donationib. ibi: "Data rei quantitas, & illius terræ consuetudo (quæ tamen sacris Canonibus non obviet**

est diligentius attendenda, & secundum hoc est donum ratum, vel irritum judicandum;" & sic tenens Abbas in *diç. cap. 3. num. 3. Barbosa ibid. num. 3. de cret. tit. 24. num. 12. Pirhing ibid. num. 34. & alii communiter. Quinimmo possunt dicti Prælati facere moderate donationes ex rebus mobilibus ecclesie, seu monasterii non pretiosis, etiam ubi non est loci consuetudo; arg. *cap. Fraternalitatem 2. de donationib. ubi solum prohibentur donationes graves, seu magnæ; ergo à sensu contrario, si non graves & magnæ, videtur concessæ, ut notat Glossa ibid. verb. Graves; Et docent Imola in c. Ceterum 3. de donationib. in fine; Redoan. in traçt. de rebus eccles. non alienand. quest. 52. num. 61. Pirhing loc. cit. num. 14. Reiffenstuel loc. cit. num. 35. Et ratio est, quia per hujusmodi modicas donationes ecclesie, seu monasterium nihil lædi censetur, & aliunde vitatur avaritia suspicio, & conservatur bona existimatio, & benevolentia hominum, indeque procuratur etiam ecclesie, seu Monasterii utilitas, ut notat Layman in *disc. Canon. de rebus eccles. non alienand. §. 8. de donation. Thesi 114. Quænam autem dicantur modicæ, & parvæ donationes, adeoque permissæ, cum in jure definitum non sit, id Judicis, ad viri prudentis arbitrio judicandum relinquuntur, consideratis ecclesie, seu monasterii facultatibus, donantis, & donatarii qualitatibus, aliisque circumstantiis, prout declarasse Sacram Congregationem Concilii testatur Pagnanus in *cap. Nulli numero. 20. de reb. eccles. non alienand. & tenet communis Doctorum.****

Episcopi, & ecclesiarum Prælati possunt facere donationes remuneratorias etiam magnas in compensationem meritorum, & beneficiorum in ecclesiis, vel prælatum, seu etiam in membra ipsius à donataris collatorum, quia donatio remuneratoria non est proprie donatio, ut colligitur ex *leg. Aquilius 27. junct. gloss. verb. Non meram; lib. penult. §. si quis ff. de donation. Non enim est mere liberalis, ut requiritur ad meram, & propriam donationem; ex *leg. 1. princip. ff. eodem. Sed fit ex obligatione gratitudinis prout constat ex *leg. Sed est 25. §. Consuluit, ff. de petit. heredit. ubi dicitur Antidote, seu remuneraciones esse veluti genus quoddam permutationis, modo ille sint commensurate meritis, seu obsequiis, & beneficiis præstitis. Abbas in *cap. 3. n. 3. de donat. §. in cap. 5. n. 6. eodem, Barbosa in diç. cap. 5. num. 2. ff. eod. Menoch. cont. 191. num. 32. Molina, tr. 2. disp. 276. num. 2. & disp. 292. num. 2. & sequent. Layman, lib. 3. traçt. 4. cap. 12. num. 9. Engel. lib. 3. deçr. tit. 24. num. 22. Pirhing ibid. num. 10. Reiffenstuel ibid. num. 40. Immo ob remunerationem magnorum beneficiorum, quæ ecclesie, vel prælato ejus intuitu præstita fuerunt, etiam res aliqua immobilis ecclesie donari potest alicui, præmissis tractatu, & aliis Juris dispositionibus, & solemnitatibus, *cap. Quicumque 66. & ibi Gloss. caus. 1. 2. q. 1. & cap. Per tuas 5. de donat. ubi remuneraciones causa approbatur ut valida, & licita infœdatis de quatuor modis terræ facta ab Episcopo Florentino quibusdam nobilibus Florentinis, qui tempore schismatis ipsum domi suæ sustentarunt; quamvis aliis infœdatis, sicut donatio sit prohibita: Extravaganti. Ambrosiæ; de Abbas eccles. non alienand. §. cap. 2. de Feudis; & docet Abbas in diç. cap. Per tuas, num. 6. Layman, loc. cit. Thesi 112. Pirhing loc. cit. num. 11.*****

Episcopi, seu ecclesiarum Prælati, etiam Regulares non solum habent potestatem donandi ad remuneranda beneficia, vel obsequia jam præstita, sed etiam possunt facere donationes magnas, ut donatarium moveant ad faciendâ beneficia in futurum, v. g. ut donatarium, cuius opera, mediatio & beneficentia ecclesie, seu monasterii indiget, excitent ad beneficiendum, vel succurrendum, vel etiam ut dampnum, ac detrimentum ab eo injuste inferendum avertant. Et ratio est evidens, quia ita donando procurant utilitatem ecclesie; ob ecclesie autem utilitatem bona ejusdem etiam considerabilis quantitatis alienare licet; *arg. cap. Sine exceptione 102. quest. 2. & sic tenent Suarez tom. 4. de relig. lib. 2. cap. 26. num. 14. Pirhing loc. cit. num. 10. Reiffenstuel loc. cit. n. 44. & alii passim. Prælati ecclesiastici etiam sine consensu Ca-*

Capituli, & requisitis juris solemnitatibus possunt ex causa pietatis, & misericordie, sive titulo elemosynæ, facere de redditibus, & bonis ecclesie, seu monasterii donationes proportionatas ad bona, & facultates, quas habet ecclesia, seu monasterium; quia hæc donationes non fiunt ex mera liberalitate, sed ex quadam juris obligatione, & necessitate; *arg. cap. 1. de donat. & leg. Filiusfamilias, §. 1. ff. eodem; & docet Suarez l. c. num. 12. & 13. Layman loc. cit. Thesi. 111. Pirhing loc. cit. num. 9. Reiffenstuel loc. cit. num. 45. & alii communiter.*

Prælati, seu superiores Regularium non possunt de bonis monasterii, vel ecclesie facere donationes ad usus profanos, v. g. ad locupletandos suos consanguineos; & qui acceperint, tenentur ad restitutionem. Et ratio est, quia superiores non sunt domini bonorum monasterii, sed solum administratores; adeoque non possunt ea conferre quibus voluerint, sed debent ea impendere juxta præscriptum sacrorum canonum, qui non permittunt ea bona impendi nisi ad pias causas. Sic Abulensis in *cap. 6. Matth. quest. 37. Navarr. in Comment. 2. de Regul. n. 12. Molina tom. 1. disp. 226. Layman lib. 3. de justitia traçt. 4. cap. 12. num. 9. Sanchez lib. 7. moral. cap. 19. quest. 1. Lessius lib. 2. cap. 18. dub. 11. num. 83. Reiffenstuel loc. cit. num. 37. & reg. & communis aliorum. Regulares illi, qui non sunt Prælati, administrationem tamen bonorum monasterii sibi commissam habent, ut sunt Syndici, Procuratores, & Economi, possunt donationes facere, elemosynas dispensare secundum facultatem sibi à superiore concessam, & juxta ordinis statuta, & consuetudinem, S. Thomas 2. 2. quest. 32. art. 8. Molina traçt. 2. disp. 276. n. 5. Layman loc. cit. n. 7. Pirhing loc. cit. n. 16. Reiffenstuel loc. cit. num. 48. Rodriq. tom. 4. q. Regul. quest. 57. art. 2. & alii passim. Regulares illi, qui extra monasterium degunt cum superioris licentia, ut sunt aliqui Regulares Beneficij, possunt, ac tenentur de redditibus beneficii, quorum libera est eis permissa administratio, disponere inter vivos, donationes honestas, & elemosynas facere, ut alii Beneficij seculares. Molina traçt. 2. disp. 276. n. 5. Layman lib. 3. traçt. 4. c. 12. n. 6. Pirhing loc. cit. num. 16. Reiffenstuel loc. cit. n. 47. & alii passim. Regulares, qui in monasterio sub obedientiam superiorum vivunt, & nullam bonorum administrationem habent, nullas omnino donationes, etsi aliis justas, facere possunt, absque expressa, vel tacita superioris licentia, juxta *cap. Cum ad monasterium 6. de statu Monachorum, & cap. Non dicatis 11. caus. 12. quest. 1. aliis, cum ipsi nec dominium, nec ullam bonorum administrationem habeant, sed solum, & purum usum, peccant contra votum paupertatis toties absque tacita, vel expressa superioris licentia aliquid etiam pauperibus donant. D. Thomas 2. 2. quest. 32. art. 8. ad 1. Molina loc. cit. ult. Layman loc. cit. n. 9. Sanchez lib. 7. moral. cap. 19. n. 92. Pirhing loc. cit. num. 16. Reiffenstuel loc. cit. n. 49. Less. loc. cit. num. 85. & alii communiter, & expresse statuitur in Constitutione Clementis VIII. de largitione munerum incipient. Religiosæ Congregationes, & in constitutione Urbanæ VIII. incipient. Nuper à Congregatione, quæ in ne oblivionem, & in desuetudinem abeat, sub poena privationis officii, vocisque activæ, & passivæ ipso jure incurrenda, à superioribus localibus sunt quotannis mense Januario in publica Religiosorum congregatione, vel saltem in publica mensa perlegendæ: Non obstante quod plures Doctores apud Hyacinthum Donatum traçt. 15. de largitione munerum velint præfatas Bullas usu non esse receptas. (Leg. 40. tit. 5. leg. 7. 8. 9. 10. 11. tit. 23. p. 1. Vid. per tot. verb. Alienare, Alimenta, & verb. Beneficiatus: cum addit. hisp. Præsertim, in fine verb. Sponsium; Non officio perlegere quæ in verb. Decimæ referuntur, & tit. 21. p. 1. ubi de pecuniâ agitur Clericorum. cum adnot. verb. Bona, art. 4.)**

46 Quod ad quantitatem donandi, jure positivo civili

specialiter prohibita sunt duo genera donationum scilicet donatio omnium bonorum, & donatio liberalis excedens 500. solidos absque insinuatione facta. Donatio omnium bonorum presentium, & futurorum, mobilium, & immobiliarum prohibetur; & irritatur expresse in *leg. Stipulatio hoc modo 61. ff. de verb. oblig. quia talis donatio aufert facultatem testandi, & quod jure civili indecens, ac reipublice noxiu censetur; Cessante autem hac ratione, donatio valebit in tutroque jure, & foro. Hinc valida est donatio omnium bonorum presentium, quæ non adimit sibi donator potestatem testandi de futuris. Julius Clarus quest. 19. num. 2. Covarr. lib. 3. var. cap. 12. n. 4. Lessius loc. cit. num. 94. Sponer loc. cit. numer. 56. & alii passim. Sic etiam valida est donatio omnium bonorum presentium, & futurorum, excepto usufructu, quia eo ipso, quod excipiuntur fructus percipiendi, poterit donator testari de iis, quos ante mortem perceperit. Lugo tom. 1. disp. 13. sçl. 10. n. 166. Molina disp. 180. n. 8. & alii. Item valida est donatio omnium bonorum presentium, & futurorum mortis causa facta; quia hæc non adimit testandi facultatem, cum sit revocabilis ex §. 1. Instit. de donat. & leg. 31. ff. eodem; Molina tom. 1. disp. 180. Lugo loc. cit. num. 166. & alii.*

His adde, quod in duobus casibus est valida donatio omnium bonorum presentium, & futurorum, quamvis adimatur donatori testandi facultas. Primus casus est, quando inter vivos fit talis donatio ecclesie, vel ad aliquam piam causam, quia jus civile non potest restringere officia pietatis, & consilia evangelica; *arg. cap. Ecclesia S. Mariz 10. de const. Talis autem donatio est officium pietatis, & consilium Christi Matth. 19. ibi: Vade, & vende omnia que habes, & da pauperibus. Et sic communis Doctorum sententia cum Molina loc. cit. Covarr. Rub. de testamentis p. 2. num. 13. Sponer loc. cit. num. 56. Lessio loc. cit. num. 95. Secundus casus est, quando talis donatio cuicumque facta jura mento confirmatur, quia adimere sibi facultatem testandi per donationem omnium bonorum, servatis sibi solum alimentis necessariis, per se malum non est, sed potest esse opus bonum ex bono fine; alioquin nec consuleretur à Christo, nec acceptaretur ab ecclesia talis donatio, si esset per se mala, & pernicioosa; Unde cum absque ullo peccato possit quis omnia sua donare, si juramento promittat se non revocaturum, valet donatio, ut aperte colligitur ex *cap. Quamvis pactum, de pactis in 6. Sic Molina, Lugo, Sponer loc. cit.**

Donatio liberalis excedens 500. solidos est invalida quoad excessum, nisi fiat cum insinuatione; §. Aliæ autem 2. Instit. de donat. & arg. leg. Sancimus 34. & leg. pen. in fin. ff. de donat. Quod ideo statutum est, ne excessivis donationibus cives cum detrimento reipublicæ ad egestatem redigantur, & ut fraudibus in donatione magnæ quantitatis obvietur. Hinc si quis sine insinuatione donet pluribus summam excedentem 500. solidos, donatio illa quoad excessum est invalida, si simul, & quasi uno animi impetu fiat. Si tamen diversis temporibus, animique motibus fiat, est valida; desumitur ex *leg. Sancimus 34. Cod. de donat. §. 4. Ita Lessius loc. cit. num. 97. & alii. Si quis debitum aliquod liquidum summam 500. solidorum excedens remittat, invalida est remissio, quia remissio est instar donationis. Jul. Clarus quest. 16. numer. 1. Lessius loc. cit. num. 98. & alii. In quibus autem casibus valet donatio excedens 500. solidos; Vid. art. ant. d. n. 31. usque ad 38. (Repete supra notata, ibi: Omnia invenies.)*

¶ Sunt præter adductas ab Authore & aliis personæ, de quibus queri potest, an possint, nec ne donare? De clientibus questio est, an fervente lite possint donare Advocatis, Procuratoribus, aliisque similibus litis administris? Negant Chatondas lib. 7. Respons. 166. alii- que apud Wesel ad Novell. Const. Ultrajecti. art. 15. numer.

Hanc donationem, vigorem ullum in hac peninsula & ceteris dominiis ei subjectis, minimè habere permittitur. (1)

(1) L. 8. l. 10. l. 5. Rec. Ninguno pueda hacer donacion de todos sus bienes, aunque la haga solamente de los presentes. Ferr. Zr. Bazarov. Tom. III.

mer. 11. idque quia talis donatio extorta presumenda est magis metu litis perperam administrande, quam liberalitatis gratia. At Voet in comment. ad Pandect. lib. 2. tit. 14. num. 18. "Quum in dubio (inquit) quisque bonus creditur, neque metus in liberalitatibus ultimisque elegiis, aut contrahibus presumat, verum probandus sit, tamquam delictum, &c. neque adeo patronorum penuria laborent nunc tribunalia, ut à patrono causam desertum in iure eliens metuat, possitque facile sinistra quid suspicatus, eo derelicto, alteris suspecto committere suæ litis tutelam, non aliter horum opinio probanda videtur, quam si provido Judici ac circumspetto sufficientia ex variis circumstantiis obvia fuerint indicia circumventionis, & extorta liberalitatis insignia: Quis enim iyerit inficias, ipso litis tempore infinitas intercedere posse donatiois legative à cliente in patronum confertendi causas; nullam habentes cum lite continentiam, aut communiorem? Neque obstant 57 verba generaliora in diti. leg. 6. Cod. de Postulando, quasi omnis conventio interdicta esset, quum potius convenirent aliis legibus supra adductis accipienda sint de istis conventionibus, quæ malo more de quota litis, aut palmario pendente litē, aut probrosa litis redemptione vetite erant celebrati." Et inter alios conveniant Henry in collect. Arrest. tom. 2. lib. 4. quest. 55. Wessel. ubi supra num. 13. & 14.

58 Quod de clientibus respectu Advocatorum, Procuratorum, & aliorum similium litis administratorum dictum est, id obtinet etiam de ægrotis donare possunt Chirurgis, & Medicis durante morbo; Quo sententia (ita recte ait idem Voet loco mox citato num. 19.) moribus hodiernis tanto magis conveniens, quo honestioris plane loci nunc nosstrates sunt Medici, quam olim Romani; sepe servi, sepe vilissimi, rapinarum, deceptionum, concussionum, seclerumque similium infamia laborantes; & ob id non ab omnibus infamandi suspicione immunes. Confer etiam Zoes. in Pandect. lib. 2. §. tit. 14. num. 20. Fachin. controvers. lib. 2. cap. 25.

60 De penitentibus quoque disputari solet, an donare possint Confessarii. Negant Ricard. de donat. p. 1. §. 16. Roseaud de la Combe in sua Jurisprudencia Canonica, verb. Donatio, modo non agatur de donatione parvi momenti, vel remuneratoria. Quinimo idem locum habere etiam donatio fiat conventui, vel monasterio, vel alteri communitati, cujus est Confessarius, tenent iidem Auctores ibid. §.

(Fete omnia, que notata ex num. 56. hucusque repuntur, per leges hispanicas confirmationem obtinent; Vid. Addition. hisp. verb. Judex, vers. Discriminis: in eoque, vers. Judicis: & notis. Avaritia, pag. 240. Ad rem, art. 2. verb. Advocatus; mente retineantur addit. hisp. verb. Legatarius, vers. Indagatione: & successio ab intestato, vers. Sequentibus: ibi Reg. Sched. 15. Novemb. anni 1781. Non multum ab hac differt alia posteriori tempore expedita mandata, scilicet 13. Februarii ann. 1783.)

ARTICULUS III.

Donatio quoad ejus revocationem.

SUMMARIUM.

- 1 Donatio inter vivos semel legitime facta, & acceptata, regulariter loquendo non potest amplius revocari per donatorem.
- 2 Et sic firma remanet talis inter vivos facta donatio, ut neque per rescriptum Principis revocari valeat.
- 3 Ab hac regula excipiuntur tres cause principales, ob quas donatio revocari potest, scilicet ob ingratitudinem Donatarii, ob prolem postea susceptam, & si donatio sit inofficiosa liberis.
- 4 Adducitur prima causa principalis, scilicet ingratitudo Donatarii, ratione cujus in quinque casibus donatio potest revocari.

- 5 Primus casus est, si Donatarius manus impias, ac violentas in Donatorem injecerit.
- 6 Secundus casus est, si Donatarius in Donatorem injurias atroces effundat.
- 7 Tertius casus est, si Donatarius grave damnum inferat Donatori in rebus, seu bonis suis externis.
- 8 Quartus casus est, si Donatarius grave periculum vitæ Donatori inferre presumpserit per se, vel per alium.
- 9 Quintus casus est, si Donatarius conditiones in donatione impositas, & se acceptatas noluit adimplere; aut casus referantur, & quando locum habeant, ad numer. 31.
- 32 Novæ additiones, ad num. 43.

DONATIO inter vivos semel legitime facta, & acceptata regulariter loquendo non potest amplius revocari per donatorem, textu expresso in leg. ult. Cod. de revocand. donation. ibi: Generaliter sancimus, omnes donationes lege confectas, firmas, inliberatasque manere; Et sic firma remanet talis legitime inter vivos facta donatio, ut ne per rescriptum Principis revocari valeat, textu expresso in leg. Si donationem §. Cod. eodem, ibi: Si rite fecerit, hanc auctoritate rescripti nostri rescindi non oportet. Ab hac tamen regula excipiuntur tres cause principales, ob quas donatio revocari potest, scilicet, ob ingratitudinem donatarii, ob prolem postea susceptam, & si donatio sit inofficiosa liberis.

Prima causa, quod scilicet donatio revocari possit ob ingratitudinem donatarii, habetur expresse ex cap. Propter 10. de donationibus, ibi: Propter ejus ingratitudinem, in quem liberalitas est collata, donatoris persona de rigore juris tam poterit revocare, §. leg. 1. Cod. de revocand. donat. ibi: Si ingratus sit, omnis donatio, mutata patronorum voluntate, revocanda est; & concordat loc. ult. Cod. eod. ubi quinque enumerantur casus, in quibus à donatorio censetur committi ingratitudo sufficienti pro faciendi revocatione donationis. Primus casus est, si donatarius manus impias, ac violentas in donatorem injecerit; citat. leg. ult. §. cit. cap. Propter, ibi: Si forte in ipsum impias manus injecerit. Dicitur autem quis manus impias, ac violentas injicere, sive manibus, sive pedibus, sive per lapidem, sive per fustem, vel rem aliam, & sive per se, sive per alium id fiat, juxta leg. Non solum in princip. ff. de injuriis; dummodo percussio sit graviter injuriosa, & non sine culpa mortali; quia si quis propria, vel propria, vel proximi justa defensione donatori manus injiceret, ingratus dici non posset; nec esset locus revocationi donationis, quia ubi non est culpa, nec poena inferri debet. Sic etiam talis ingratitudinis reus non esset donatarius, si ex ignorantia, vel casu id faceret: tunc enim desisset animo injuriandi, seu offendendi donantem, sine quo animo non inferitur injuria, leg. 3. §. 1. ff. de injur.

Secundus casus est, si donatarius in donatorem injurias atroces effundat; cit. leg. ult. §. cit. cap. Propter, ibi: Si injurias atroces inferre presumpserit. Quenam autem sit injuria atrox, relinquuntur judicanda arbitrio Judicis ex facto, loco, qualitate personæ tam injuriantis, quam injuriatæ, aliisque circumstantiis; §. Atrox, Instit. de injur. Atrox injuria potest fieri vel verbis, v. g. verbis graviter contumeliosis, ac injuriosis cum afficiendo, vel facto (absque tamen manuum injectione, quia tunc ad primum casum talis injuria pertineret) v. g. si donatorem captivum teneat, ut notat Abbas in cit. cap. Propter 10. de donationibus, arg. cap. Nuper 39. de sent. excomm. Molina disp. 281. num. 1. Vel si adulterium cum uxore donatoris, aut stuprum cum ejus filia committeret, ut notat Pirhing lib. 3. Decret. tit. 44. num. 34. Reiffenstuel ibid. num. 53.

Tertius casus est, si donatarius grave damnum inferat donatori in rebus, seu bonis suis externis; cit. leg. ult. §. cit. cap. Propter, ibi: Si donatori grave rerum suarum damnum inferre presumpserit. Quale autem sit grave damnum, Judicis arbitrio judicandum relinquuntur, spectatis facultatibus donatoris, aliisque circumstantiis. Non sufficit tamen ad revocandam donationem, quod donatarius attentavit inferre grave damnum, sed requiritur ut

- ut re ipsa tale damnum sit illatum, quia lex concedens revocationem est penalis, cujus verba sumi debent cum effectu, arg. cap. Hec autem verba, dist. 1. de panis. ibi: Quid enim obstat donatas, cum injuria nullum habuerit effectum? Molina loc. cit. num. 2. Pirhing loc. cit. num. 34. Reiffenstuel loc. cit. num. 53.
- 8 Quartus casus est, si donatarius grave periculum vitæ donatori inferre presumpserit; etiam mors secuta non fuit; quia Jura in hoc puncto ob solam attentionem, seu positionem periculi, etiam effectu non subsecuto, facultatem revocationis concedunt expresse, ut colligitur ex cit. leg. ult. §. ibi Gloss. verb. Periculum, Abb. in cit. cap. Propter, num. 2. Molina loc. cit. Reiffenstuel loc. cit. num. 56.
- 9 Quintus casus est, si donatarius conditiones in donatione impositas, & se acceptatas noluit adimplere, si v. g. pensionem annuam, cui se obligavit, noluit solvere; cit. leg. ult. de revocand. donat. ibi: Si nempse quardam conditiones, sive in scriptis donationi impositas, sive sine scriptis habitas, quas donationis acceptor spondidit, minime implere voluerit. Hic casus tamen non ponitur in cit. cap. Propter 10. de donationibus; quia, ut ibi recte advertit Abbas, non tam ob ingratitudinem, quam ob non impletam conditionem revocatio conceditur. Pirhing loc. cit. num. 34. Reiffenstuel loc. cit. num. 57.

Pæter hos quinque casus in Jure expressos volunt varii Doctores dari alios consimiles, in quibus ob majorem, vel æqualem ingratitudinem possit revocari donatio; ut est, si donatarius, qui donationem magnam à donatore accepit, non eum alac inopia pressum, cum pecunia censetur is, qui alimenta denegat, leg. 4. ff. de liberis agnoscendis. Contaria tamen sententia est juri conformior adeoque in præti tenenda, textu expresso in cit. leg. ult. de revocand. donationibus, ibi: Exhibitis tantummodo (quinque enumeratis) casibus, si fuerint in iudicio dilucida argumentis cognitionaliter approbata, etiam donationes in eo factas evocari concedimus; & sic clare stat, quod ad alios casus contra expressum Juris textum non sit extendenda facultas revocandi donationem: Eo vel maxime, quod lex penalit, qualis est ista, non debet, nec potest extendi ad casus in Jure non expressos, etiam ob paritatem, vel majoritatem rationis, ut tenet communis, arg. leg. 40. ff. de panis, & regul. 15. Juris in 6. ibi: Quia restringi, & favore convenit ampliari, & Regul. 49. eodem, ibi: In panis benignior est interpretatio. (Leg. 2. tit. 2. p. 7.)

Donator probare debet in Judio ingratitudinem donatarii, si ob illam revocare velit factam donationem; Non enim donatio revocatur ipso Jure ex pretensa ingratitudine donatarii, sed solum post probatam in Judio talem ingratitudinem; & latam super ipsa sententiam Judicis; textu expresso in cit. leg. ult. ibi: Si fuerint in Judio dilucida argumentis cognitionaliter approbata. Molina loc. cit. num. 61. Pirhing loc. cit. num. 36. Reiffenstuel loc. cit. num. 61. Potestas revocandi donationem ob ingratitudinem competit soli donatori, & non transit ad ejus heredem, & solum contra donatarium, & non contra ejus heredem. Est communis quoad utramque partem, & prima pars habetur expresse ex cit. cap. Propter 10. de donat. ibi: Quod tamen ad donatoris, qui hoc tacuit, non extenditur successoribus, & cit. leg. ult. ubi etiam secunda pars probari videtur sequentibus verbis: Hoc tamen usque ad primas personas tantummodo stare censemus, nullam licentiam concedendo donatoris successoribus, &c. etenim si ipse qui hoc passus est, tacuerit, silentium ejus manet semper, & non à posterioritate ejus suscitari concedatur, vel aduersus eum, qui ingratus dicitur, vel adversus ejus successoribus. Concordat, & utramque partem probat, lex. His solis 7. §. aliorum ff. eod. ibi: Nec in heredem datur, nec tributum heredi. Et ratio est, quia jus, seu facultas revocandi donationem competit donatori ob injuriam acceptam à donatorio, actio autem injuriam inferentis nec heredi donatoris, nec in heredem donatarii datur, sed morte, tum ejus cum injuria facta est, tum injuriam inferentis extinguitur; leg. Injuriarum 13. in princip. ff. de injuriis, ibi: Injuriarum actio neque heredi, neque in heredem datur; & leg. Sancimus 22. Ferr. de Bizzio. tom. III.

Cod. de panis, dicitur quod Peccata tenent suos Auctores, adeoque nec donator, mortuo donatorio potest revocare donationem; nec heres, sive successor donatoris potest rem donatam repetere ab heredem donatarii defuncti ab ipso commissam, ut colligitur ex cit. leg. ult. in fin. Cod. de revocand. donat. (Verb. Damnum.)

Intellige tamen dummodo ante mortem donatoris non fuerit lis contestata; quia si lis ab ipso ante suam mortem coeperit contestari; hæc actio transit ad ejus heredem, quia cit. leg. Injuriam 13. in princip. ff. de injuriis, expresse dicitur: Semel autem lite contestata hanc actionem etiam ad successoribus pertinere; & in tali casu eadem actio datur etiam contra heredem donatarii; leg. unice. Cod. ex delicto defuncti, ibi: Post litem contestationem... successoribus in solidum, alioquin in quantum ad eos pertinet, conveniri, absolutissimi juris est, addita ibi ratione, Na alieno scelere dicitur. Quinimo heredibus donatoris competit actio contra donatarium, & ejus heredem, etiam si donator absque lite contestata decesserit, vel quia ingratitudinem ignoraverit, vel ad agendum tempus non habuerit, vel impeditus fuerit, vel ad agendum sensu desumpt. ex cit. leg. ult. de revocandis donationibus, ubi dicitur, si donator tacuerit, & cit. cap. Propter 10. de donationibus, ubi dicitur, si donator tacuit, non competere actionem heredibus; Quia utem ignoravit, vel tempus non habuit ad agendum, seu revocandum, vel impeditus fuit, non censetur tacuisse, Cap. Exposuit 4. de dilatione, & cap. Cum veteri 52. de electione, adeoque jus revocandi donationem transmittitur ad ejus heredem, & ipsi datur actio contra donatarium, & ejus heredem. Abbas in cit. cap. Propter num. 7. Joann. Andr. ibid. Silvester, verb. Donatio 1. quest. 14. Engel lib. 3. decret. tit. 24. num. 20. Pirhing. ibidem n. 38. Reiffenstuel ibid. n. & alii passim.

Dantur quedam donationes, quæ ob ingratitudinem donatarii revocari non possunt; & primo revocari non potest donatio remuneratoria; arg. leg. penult. §. Si quis Junctis Gloss. verb. Irrevocabilis; & leg. Aquilius 27. ff. de donationibus, & tradit Glossa in cit. leg. final. verb. Invenitur, Cod. de revocand. donat. Abbas in cit. cap. Propter 10. de donat. num. 11. Barbosa ibid. num. 47. & commutatio seu compensatio meritorum; donatio enim proprie dicta debet esse mere liberalis, leg. 1. in princip. ff. de donationibus. Secundo donatio facta ecclesie, monasterio, vel aliis piis locis revocari non potest ob ingratitudinem Prælati, seu Administratoris, vel Capituli, vel utriusque simul; arg. Regul. 76. Juris in 6. ibi: Delictum persone non debet in detrimentum ecclesie redundare; & Leg. 17. tit. 10. p. 7. 20. tit. 4. lib. 4. For. Reg. & ratio est, quia donatio facta ecclesie, censetur facta Deo; unde ipse est donatarius, qui numquam potest esse ingratus, cum sit omnium bonorum largitor; Jul. Clarus, §. Donatio, quest. 21. num. 5. Barbosa in cit. cap. Propter, num. 13. & alii passim. Tertio, donatio facta ratione dotis non potest post contractum matrimonium revocari ob ingratitudinem femine donatæ, vel ipsius mariti; leg. Si dotem 24. C. de jure dotium, & leg. fin. de dotis promission. ibi: Libertatis talis maneat vera, & irrevocabilis. Quarto, revocare non potest donator donum à tertio, cui donatarius jam vendidit, donavit, vel in dotem dedit, &c. arg. leg. His solis 7. Cod. de revoc. donat. Et hoc ne ei, ad quem res legitimo titulo pervenit, præjudicetur per factum alienum; nisi forsam alienatio rei donatæ facta sit in fraudem donatarii, sciente eo, in quem alienatio facta est, cum fraudis, & dolus nemini patrocinatur, juxta ea, que traduntur ff. qua in fraudem Creditorum, Engel lib. 3. dec. tit. 24. num. 20. Pirhing ibid. num. 36. Reiffenstuel ibid. num. 68. & alii passim. (Ad rem Reg. 6. 17. 18. & 21. tit. 34. p. 7.)

Secunda causa principalis, quod scilicet donatio revocari possit ob prolem postea susceptam, habetur expresse ex leg. Si unquam 8. Cod. de revocand. donationibus, ibi: Si unquam liberis patronus filios non habens, bona sua omnia, vel partem aliquam fuerit donatione largitus, & postea susceperit liberos, totum, quicquid largitus fuerat, revertatur in ejusdem donatoris arbitrio, ac restitutione remansurum; Quæ lex licet loquatur de sola donatione à Patrono liberis facta, communiter tamen à

Doctores extenditur ad donationes a quocumque donante quibuslibet aliis personis extraneis, hoc est, qui non sunt de numero liberorum, seu descendendum donatariorum. Et ratio est, quia pia, & iusta est presumpcio juris, donatorem prole carentem, donationem magnam fecisse cum virtuali, vel tacita hac conditione, nisi mihi liberi nascentur, nemo enim censetur alienos, seu extraneos posteris suis, seu liberis praeferre velle. Clarus, §. Donatio q. 22. num. 1. Molina tract. 2. disp. 282. n. 1. Engel loc. cit. num. 17. Pithing, loc. cit. num. 40. Reiffenstuel loc. cit. num. 69. & alii communiter, arg. leg. Cum avus 102. ff. de condit. & demonstr. leg. Cum acutissimi 30. Cod. de Fideicom. Et hoc idem venit dicendum, etiamsi unica tantum postea nascatur proles, quia licet in cit. leg. Si unquam in numero plurali dicatur de liberis postea susceptis, appellatio tamen liberorum, etiam unicus comprehendit filios; arg. Non est 108. ff. de verb. sig. quia eadem est ratio in uno solo, quae in multis; licet enim quis unicam prolem habuisset, vel de ea cogitasset; non censetur donaturus fuisse, illicque extraneum fuisse praelaturus. Pithing, loc. cit. num. 41. Reiffenstuel loc. cit. num. 69. & alii passim.

22. Limitatur tamen conclusio in donatione facta ecclesiae, vel ad aliam piam causam; nam tunc licet postea liberi nascentur, talis donatio non potest de jure revocari in totum, sed solum usque ad legitimam filius iure naturae debitam. Sic communis Doctorum. Et ratio patet à simili, quia donatio facta filio, si alii filii postea nascantur, non revocatur in totum, sed solum quoad eorum legitimam; leg. In totius 5. leg. Si mater 7. Cod. de inofficiorum donationibus. Atque ecclesia, seu alia causa pia instar filii habetur, & utriusque causa est aequae favorabilis, ut notant communiter Doctores; arg. Authent. Si qua mulier, Cod. de sacror. ecclesiis, ergo, &c. In tali tamen casu, licet non ex obligatione iustitiae, ex aequitate tamen naturali, & quadam honestate spectaret ad populi edificationem, ut natis postea filius totum donatum restitueretur donatori, ut notant communiter Doctores, & praesertim S. Augustinus relatus in cap. Quicumque 43. caus. 14. quest. 4. ibi: Quam laudabile factum S. Aurelii Carthaginensis Episcopi! Quidam cum filios non haberet, nec speraret, res suas omnes retento sibi usufructu, donavit ecclesiae: Nati sunt ei filii, nec opinanti reddidit Episcopus ea, quae donaverat; In potestate habebat Episcopus non reddere (praeter legitimam) sed jure forti, non jure poli" scilicet non ex iustitia, sed vel ex charitate, vel naturali aequitate, vel majori honestate. Limitatur etiam conclusio in donatione remuneratoria, vel ob aliam causam facta in commodum ipsius donatarii; talis enim donatio revocari non potest etiamsi ex post donatori nascentur filii, ut tenent communiter Doctores, quia non est proprie dicta donatio ex mera liberalitate procedens, ut ad ipsam requiritur in leg. 1. in principi. ff. de donat., sed est potius mercedis praestatio, seu meritum compensatio, vel commutatio; adeoque etiam irrevocabilis dicitur in leg. penulti. §. Si quis, ff. de donationibus.

25. Tertia causa principalis, quod scilicet donatio revocari possit, si sit inofficiosa liberis; habetur expresse in leg. 1. §. 7. & 8. Cod. de inofficiorum donat. Donatio enim inofficiosa, quae, ut habetur tot. tit. Cod. de inofficiorum donat. est quae fit contra officium pietatis paternae in filios, vel ut si pater, vel mater, uni vel pluribus filijs, aut etiam

extraneis in tanta quantitate donavit, ut reliquis filiis legitima non remaneat; dat facultatem, seu jus reliquis filiis revocandi donationem usque ad eorum legitimam; leg. Si mater 7. §. leg. 8. Cod. de inofficiorum donat. Sive de jure in unum, aut plures filios, sive in extraneos facta sit inofficiosa donatio; leg. 1. Cod. eodem, ibi: Sive in quorundam liberos, sive in extraneos exhausti. Jus revocandi inofficiosam donationem non competit solis liberis descendentibus, sed etiam parentibus, & ascendentibus; si nempe liberi eorum tam excessivas donationes faciant, ut non remaneat eis debita de jure legitima, casu quo praefati donatores absque liberis, seu nepotibus moriantur, leg. Si filius 4. Cod. de inofficiorum donat. Et ratio est, quia querela inofficiorum donationis instituta est ad similitudinem querelae inofficiorum testamenti; leg. ali. Cod. de inofficiorum donat. Sed querela inofficiorum testamenti non minus ascendentibus, quam descendentibus competit; leg. Nam etsi 15. ff. de inofficiorum testamenti, ergo &c. Et sic communis Doctorum. (Vid. verb. Haereditas; leg. 29. Tauri; 3. tit. 8. lib. 5. Cast.)

Donatio mortis causa proprie talis estiam si acceptata à donatario, potest revocari ad libitum donantis; Julius Clarus, §. Donatio, quest. 2. in fine. Menochius lib. 5. praesumptio. 35. num. 11. Mascard. de probationibus. conclus. 561. num. 9. Reiffenstuel lib. 3. decretal. tit. 26. artic. 21. num. 699. & ipso teste communis aliorum per text. in §. Mortis causa donatio 1. Inst. de donat. & in leg. Ubi ita 27. ac in leg. Non videtur 32. ff. eod.

Et id etiam verum est, quamvis intercesserit pactum, vel promissio de non revocanda tali donatione mortis causa facta. Sic citati Doctores, & alii per all. gao. jur. Et ratio est, quia de natura donationis mortis causa est, quod sit revocabilis usque ad mortem; cum penitere possit, & ad ipsum, si penitente, donatum revertatur, ut expresse statuitur in cit. §. Mortis causa donatio 1. Institutionum. de donationibus, & concordant aliae citatae leges, per quas clare inquiritur, quod donatio facta cum pacto, & promissione de ipsa non revocanda, non sit proprie donatio mortis causa, sed potius donatio inter vivos; & ideo perinde haberi debet, atque alia querita inter vivos donatio, textu expresso in cit. leg. Ubi ita 27. ff. de mortis causa donationem. & nos loquimur, ut patet in conclusione, de donatione mortis causa proprie tali.

Nec valet obijcere leg. Si alienam 13. §. 1. & leg. Senatus 35. §. ad finem ff. de mortis causa donat. ubi dicitur quod sic quoque potest donari mortis causa; ut nullo casu sit ejus respectu, id est nec si convalescerit quidam donator. Non valet, inquam, quia responderetur cum citatis Doctoribus, quod si ita donatur, jam hoc ipso non sit donatio mortis causa proprie talis, sed solum ita vocetur; quia mors est causa impulsiva donandi, textu expresso in citat. leg. Ubi ita, ibi: Ubi ita donatur mortis causa, ut nullo casu revocetur, causa donandi magis est, quam mortis causa donatio; & concordant aliae allegatae leges, & consimiles.

Quandam donatio mortis causa ipso jure expirat, seu tacite revocata censetur; Vid. sup. art. 1. d. n. 15. ad 18.

33. Ut requiratur Judicium de revocatione donationis ob supervenientiam filiorum, videndum quantum mente quis donaverit, quae & quanta in donationem conulerit bona, & cui demum donatum sit.

Si donans expresse renunciarit beneficio Legit Si unquam; cap. de revocac. donat. quidquid sentiant non-

Vis, quae naturae inest, tam efficax consideratur, ut nulla res invenienda erit, cum qua valeat comparari, vel paritatem habere; quare sufficere videbatur hoc assertum ad revocandas haece donationes, propter consensus ad minus in donante defectum ad hunc contractum, aut donationem: nam quando eam fecit, si inscrutabilia Dei judicia donator attingeret, cognoscendo prolem nascituram (quod totus non capit orbis) neutiquam perfectisset hujus qualitatibus contractum; Ideo tamquam si sub conditione non impleta, esset donatum non est sustinenda donatio; sed, non innitatur mentali hac consideratione, utpote dispositio legislativa est terminus hujus operis, quidquid ab Auctore firmetur, lex nostra (1) ipso jure, & in totum revocari praescribit, & praecipit.

(1) L. 8. tit. 4. p. 5. Muevense los omes á las vegas das á facer donaciones, porque no han fijos, ni han esperanza de los aver. E por ende decimos que si alguno por tal razón, diese á otro todo lo suyo, ó gran partida de

lo, que si despues oviese fijo, ó fija de su muger legitima, con que casase despues, que luego que los hay, es revocada, por ende la donacion, é non debe valer en ninguna manera.

nulli, in foro praevaluit opinio, quod non sit locus revocationis donationis ob supervenientiam filiorum, modo tamen renuntiatio non inter clausulas generales sine manifesta filiorum mentione adjecta sit, sed ita sit adjecta, ut de filiorum stipulentiis perspicue & necessario cogitasse donans censetur; Rot. in Verulana donationis 29. Junii 1747. cor. Illustrissimo Clement. ubi quando renuntiatio adjecta dici debet inter clausulas generales sine manifesta mentione filiorum, in Melevisana Canonica-tuum 12. Maii 1749. cor. eod.

36. Fas donationes infirmat Imperatoris constitutio, quae complectuntur vel omnia bona, vel partem aliquam facultatum. Communis propterea Doctorum sententia constitutum est, ut ex ea lege in retractionem tantum veniat donatio universalis, vel quae ei est proxima, ingens & immoda, quum scilicet partem dimidiam aut tertiam excedat; Voet. in Comment. in Pandect. l. 39. tit. pr. Rot. in rec. dec. 326. num. 28. p. 11. & cor. Crisp. 1. num. 3. aut etiam aliquam minorem si liberorum adnatorum numerus & conditio praeter qualitatem patrimonii ita suadent; Fab. in Cod. lib. 8. tit. 38. definit. 9. Rota in Melevisana Canonica-tuum 12. Maii 1749. §. 8. cor. Illustriss. Clement.

40. An & quando donatio Jurispatronatus obnoxia sit revocationi ob supervenientiam filiorum, vide apud Rot. in Aurien. Parochialis de Fea super pertinentia parochiali 10. Dec. 1727. & 26. Apr. 1728. cor. clar. mem. Corio, & in Britannicorum donationis 7. Junii 1736. & 17. Junii 1737. coram feliciter recordat. Summo Pontifice CLEMENTE XIII.

41. Plurimum demum postulat animadversionem conditio donatarii. Nam si uni ex filiis donatum, non inde ex aliorum supervenientia revocatur donatio, nisi appareat inofficiosa, & tunc quidem nec in universum, sed pro ea tantum parte, quae contra paterna pietatis officium exhauste legitimam alii filijs ex jure naturae debitam; qua quidem subducta maneat in reliquo donatio; Vinn. select. Jur. quest. lib. 2. cap. 35. Rot. in dist. Melevisana Canonica-tuum 12. Maii 1749. §. 9. coram Illustrissim. Clement.

Quod dicitur de donatione facta filio, id dici nequit de donatione facta ecclesiae, nam quidquid cum aliis asserit Auctor num. 22. in eam communiter itum est sententiam, revocari donationem factam ecclesiae ob supervenientiam filiorum; Clar. §. Donatio, quest. 23. num. 28. num. 2. Zoes. in Pandect. lib. 39. tit. 5. num. 127. Voet. in Comment. ad Pandect. lib. 39. tit. 5. num. 33. Tuld. ad rit. Cod. de revoc. donat. num. 4. optime Anton. Matthaei select. disp. 9. ad l. Si unquam, cap. de revocand. donat. ibi. in fine. (Repete praecedenti art. notata.) &c.

21. Usufructus dotis ad quam pertinet, & quid sub hoc nomine intelligatur; ad num. 22.

23. Proprietatis, & usufructus dotis adventitiae sive profectitiae filiofamilias ad quem pertinet stante viduitate, & ad quos post ejus mortem, ad num. 28.

29. Substituuntur Additiones ex aliena manu.

Dotis nomen quodammodo aequivocum est; primo enim late, & communiter perfectiones quaedam, quibus naturaliter afficiuntur homines, dotes appellari solent si qui optimo pollet ingenio, facultia, robore, pulchritudine, &c. dicitur bene dotatus, vel optimas habere dotes.

Secundo, & proprie, à Theologis ornatus, & dona quaedam supernaturalia à Deo animae sibi aeternae desponsatae largiter concessa, Dotes animae vocantur; immo cum beatus, quae ex Boetio 3. de consolat. est status omnium bonorum aggregatione perfectus, taliter aditus in corpus redundet, quod aeternus beatus etiam ipsi ornatus, & dona quaedam supernaturalia clariguntur, illa corporis gloriosi dotes nominantur; Dos autem theologice, ac supernaturaliter sumpta generatim describi potest, quod sit ornatus, & donum quoddam perpetuum in aeterna beatitudine proportionaliter animae, & corpori concessum.

Tertio, nomen dotis iudicis, & civiliter capitur pro eo scilicet quod sive mobile, sive immobile datur intuitu matrimonii; & de hac praesertim procedit titulus, prius tamen Theologorum communiter quae supra, breviter perstringamus.

Dotes igitur animae beatae tres à Theologis recensentur; videlicet clara Dei Visio, comprehensio, seu Tuitio, & Praetio. Prima sufficitur loco Fidelis, secunda Spei, tertia Charitatem nunquam excidentem perficit; de quibus fuse Scholastici; si autem quaeras cur Fides, Spes, & Charitas animae in via tribuatur nec aliter ejusdem dotes? responderetur id esse, quia unio indissolubilis, & consummata anima cum Christo, quae analogice matrimonium dicitur, quo Christus eam sibi sponsat, non est nisi in patria; quamdiu enim sumus in hac vita ex Apostolo 2. ad Cor. 5. peregrinamur à Domino: quae autem ante matrimonium dantur, non dotes, sed donationes potius vocantur; & idem dicendum de bonis aliis ante ingressum gloriae collatis.

Uterius obiter accipe, ultra dotes praedictas omnibus Beatis communes à Theologis insuper assignari praemia quaedam propter heroicitates quasdam aliquibus concessa, quae Aureolae vocant; est autem Aureola generatim accepta praemium aliquod accidentale reportatum in caelo propter insigne aliquod factum, & singularem victoriam in vita Beatis obtentam de capitalibus christianae salutis inimicis, diabolo scilicet, mundo, & carne: hinc tres communiter à Theologis assignantur Aureolae. Prima est pro Martyribus, qui heroice triumpharunt de mundo, saevas persecutiones sustinendo, & mortem ipsam subeundo, Christum fortiter confitendo. Secunda est pro Doctoribus, qui per sapientiam, & doctrinam, erroris, infidelitatisque tenebras propulsantes decipientem diabolum excellenter debellarunt. Tertia est pro Virginibus, sive omnibus illis, qui per continentiam virginalem carnem insigniter calcarunt; dicuntur autem Aureolae, seu quaedam parvae aureae coronae; non quia magnae non sint, sed quia exiguae videntur respectivae ad beatitudinem essentialem, quae aurea, seu corona aurea dicitur.

Corporis gloriosi dotes quatuor à Theologis enumerantur; nimirum impassibilitas, claritas, agilitas, & subtilitas. Per impassibilitatem corpus gloriosum erit incorruptibile, & immortale. 1. ad Corinth. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem, consequenter nec pati poterit quidquam; Isaias 49. neque esurient, neque sitient, &c. & Apocal. 21. Absterget Deus omnem lacrymam, &c. Per claritatem corpora Beatiorum fulgebunt quam maxime Matth. 13. Tunc Justi fulgebunt sicut sol. Ad Philippens. 3. Reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae; unde si in densissima nocte unicum

DOS, DOTARE.

ARTICULUS I.

Dos quod variam ejus acceptionem, naturam, divisionem, & proprietatem, seu dominium.

SUMMARIUM.

- 1. Dotes variae acceptiones, ad num. 3.
- 4. Dotes Animae beatae, Aureolae Beatiorum, dotes corporis beati, quod sint, & quae, ad num. 7.
- 8. Dos civiliter sumpta quid sit, & quomplex, & quae diversa ejusdem ratio, ad num. 10.
- 11. Ad quem spectet dominium seu proprietatis dotes estimatae sive in re mobili, sive immobili, ad num. 14.
- 15. Dominium dotis non estimatae quomodo inter maritum, & uxorem dividatur. & quando totum in hunc transferatur, ad num. 17.
- 18. Quid jure tam civile quam canonico cautum sit circa alienationem, & hypothecam fundi dotalis, ad num. 20.